Schmidt - De Elocutione Oppiani Apameensis

DE ELOCUTIONE

OPPIANI APAMEENSIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HENRICUS JULIUS OTTO SCHMIDT
BERKANUS.

JENAE.

TYPIS A. NEUENHAHNI.

MDCCCLXVI.

VIRO

ILLUSTRISSIMO DOCTISSIMO

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

MAURICIO SCHMIDT

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

GRATO ANIMO PIOQUE

OFFERT

AUCTOR.

Quamquam non dubito, quin permulti sint futuri, qui mirentur, quid sit, quod, cum inter graecos scriptores permulti sint, qui digni videantur, ad quos grammatica ratione atque critica perquirendos explorandosque aliquid conferatur operae, Oppianum potissimum elegerim, qui, ut dulcedine argumenti et descriptionis facultate animum delectet, tantum abest, ut carmen obtulerit durum, inconcinnum, ab usu et analogia graeci sermonis tantum non prorsus abhorrens, duae tamen fuerunt causae, quae, ut opusculum eius paulo accuratius tractarem, me commoverunt. Etenim etiamsi concedimus Oppianum usum esse sermone paene semibarbaro et ab omni elegantia remoto, tamen non possumus negare eum inter graecos poetas, qui de Venatione composuerunt carmina, partes agere haud ultimas; praeterea autem nostris temporibus ei minus diligenter contigit cura virorum doctorum, ut opus haud ingratum suscipere mihi videar, si parva dissertatione studiorum Oppianeorum novum conor sumere initium. Namque non sunt collati libri manuscripti neque editionum est ulla una, quae commentariis instructa idoneis et ad optimorum codicum fidem relata et textum qui vocatur firmat et multorum locorum aperit intelligentiam; nam in editione Conradi Rittershusii (Lugduni Batav. 1597. 8) commentario quam maximo instructa desiderantur notae grammaticae atque criticae; quod le-

gitur apud Belinum de Ballu, qui vir non optima est linguae graecae scientia, non est magni momenti; denique editiones et Schneideri (Argentor. 1776. Lips. 1813. 8) et Lehrsii (Paris 1851) notas praebent etiamsi non multas tamen utiles. Itaque eam suscepi provinciam, ut paulo planius atque accuratius agerem de Oppiani elocutione*). Quam rem optime ita me exsequi posse putavi, ut omnia, quae apud Oppianum recedunt ab Homeri Hesiodique sermone, colligerem collectaque quam diligentissime in varias partes disponerem et ad singula breviter annotarem, quibus verborum immanitatibus studuerit, quorum auctorum vestigia presserit, quae sibi sumpserit soloeca, alia.

Subsidiis usus sum praeter editiones Rittershusii, Schneideri, Belini de Ballu, Lehrsii, quaestionibus Lehrsii epicis, qui ante omnia egit de discrepantia Cynegeticorum et Halienticorum, porro Spitzneri excursibus ad Homeri Iliadem eiusque libro de versu Graecorum heroico; nec ad ea non animum attuli, quae Hermannus (post Orphica) Lobeckius (Prolegg. Prol. Pathol. Pathol. Technol.) Wernickius (ad Tryphiodorum) hic illic observarunt.

Eos autem, qui hanc dissertationem inspicere dignantur, rogo, ut benigne habeant in mente primitias eas esse studiorum.

Sed ut quod mihi proposui quam accuratissime persolvam, hunc servabo ordinem, ut primum verba faciam de formis et vocabulis, quae aut recedunt ab usu poetarum epicorum aut apud Oppianum primum comparent aut minus idonea firmantur auctoritate, tum pauca afferam de syntaxi, denique breviter disputem de prosodia et vocabulorum mensuris.

---

*) cf. Bernhardy, griech. Liter. Gesch. p. 1050. Einer besonderen Erörterung bedürfen noch Sprache und Sprachschatz, ein in vielen Hinsichten anziehender Stoff.

I.

De formis.

Initium autem faciam a nominibus **Substantivis.**

Pro ἱππηλάτης etiam forma utitur secunda syllaba correpta ἱππελάτης (Α 95. Δ 51), pro νάρκην heteroclitica forma νάρκα (Γ. 55) quae apud alios epicos poetas et ante Oppianum et postea prorsus desideratur. — Offensionem habet forma σιγύνη (Α. 152); apud Herodotum (V. 9) extat forma ὁ σιγύνης; ὁ σίγυνος legitur apud Apoll. Rhod. Β. 99 et Schol. Apoll. Rhod. Δ. 320; quin etiam τὸ σίγυνον exhibet Arist. poet. XXI, 6. Anthol. VII, 578, 5. Nostrum secuti sunt Theognost. can. p. 115, 16. Zonar. (cf. de significatione Hesych. s. v. ζιβύνη; de forma Schweighäuser ad Athen. IV. 130 Β.) Nominis βορέας, cuius recte habet forman genetivi βορέαο (Δ. 73) quarti casus formam contractam βορῆν (Δ. 74) neque Homerus sibi indulsit neque Hesiodus. Primum legitur apud Herodotum II, 101, unde noster videtur recepisse.

Satis notae sunt formae homericae hesiodeaeque ταρσοί (Od. I, 219) χαλινούς (Il. Τ. 393) σίμβλοι (Hes. theog. 594, 598); noster genero neutro usus formas ταρσά (Δ. 409. Γ. 470) χαλινά (Β. 538) σιμβλά (Α. 128) sibi sumpsit, quae non leguntur nisi apud poetas temporis posterioris. Cf. Anth. Plan. 285, 3. Apoll. Rhod. Δ. 1605. Eust. op. p. 55, 5. Nominativus singularis σίμβλον primum extat apud Nicet. Eug. I, 128. Nec tamen plane vitavit Oppianus masculinam formam σίμβλους; comparet enim Δ. 271. — Pro χέρσον apud Oppianum legitur χέρον (Δ. 198), quae forma apud alios poetas epicos non reperitur. — Raro γενέθλη substantivum numero singulari idem valere, quod γένος sive γενεή h. e. genus vel animalium vel hominum satis constat. Contra γένεθλον, cuius usus apud Atticos et epicos

sequiores invaluit, numero potissimum plurali saepissime apud nostrum illam habet significationem. *Α*. 305. 376. 425. *Β*. 12. 315. 489. 533. cf. Halieut. *Α*. 103. 763. *Β*. 648. — De substantivis in — $\overline{ηρ}$ desinentibus Oppianus fluctuasse videtur, casus obliqui utrum conformandi sint a nominativo cadente in — $\overline{ηρ}$, an a nominativo exeunte in — $\overline{ης}$. Etenim legimus et formam *γενετῆρος* (*Γ*. 10) a nominativo *γενετήρ* et formam *γενέτην* (*Β*. 345) a nominativo *γενέτης*. Plerumque autem casibus obliquis formarum in syllabam — $\overline{ης}$ cadentium sibi sumpsit; *αἰθυκτῆρας* *Β*. 332 *ἑρπυστῆρσι* *Γ*. 110 *ναετῆρες* *Β*. 152. Sed quamquam genetivum singularis numeri habet *ὠμηστῆρος* et accusativum *ὠμηστῆρα* (*Β*. 252), tamen dativum pluralis derivans a nominativo in — $\overline{ης}$ formis utitur *ὠμηστῇσι* (*Γ*. 117) et *αἰχμητῇσι* (*Γ*. 133); nec tamen, quominus illis locis scribatur *ὠμηστῆρσι* et *αἰχμητῆρσι*, quidquam est, quod obstet. — Praeterea hoc loco nonnulla commemoranda sunt vocabula, quae sunt heteroclita. Namque non solum reperiuntur formae *σκύλακος* (*Α*. 437) et *σκυλάκων* (*Α*. 426) verum etiam forma *σκυλακῆος* (*Δ*. 227) tamquam a nominativo *σκυλακεύς*. Eodem modo leguntur formae *ἡνιοχῆα*, *ἡγεμονῆα* (*Α*. 223. *Β*. 48) *ἡγεμονῆες* (*Β*. 30. 229) *ἀμορβῆες* (*Γ*. 295) *θηροφονῆα* (*Α*. 538) *ἰχθυβολῆες* (*Α*. 75) quae formae nominativum postulant cadentem in syllabam — $\overline{ευς}$ De formis inusitatissimis *γριπέας* (*Δ*. 259) *στιβέας* (*Δ*. 360) *στιβέεσσι* (*Α*. 463) *ἀτταγέες* et *ἀτταγέων* diserte verba fecit Lehrsius (praef p. V. VI). — Propriae sunt scriptoribus Atticis pro *φρουρά* et *συμμάχη* formae *φρουρίς* (Thuc. IV. 13. Xen. hell. I. 3, 17) et *συμμαχίς* (Thuc. I. 98. Xenoph. resp. Athen. I. 14). Illam analogiam secutus Oppianus pro *γαυλός*, *δόρκος* (*Β*. 325. *Γ*. 3) *βρόχος* formas exhibet *γαυλίς* (*Α*. 126) *δορκαλίς* (*Α*. 440. *Γ*. 480) *βροχίς* (*Β*. 308. 356. *Γ*. 454). Pro *δόρκος* etiam formam habet

δόρξ (*B*. 315) quam, cum alii poetae epici prorsus vitaverint, recepisse videtur e Luc. am. 16. (De aliis hoc modo conformatis vocabulis infra pauca afferemus.) — Ut apud alios epicos sic etiam apud Oppianum substantiva et Nomina propria in — ευς exeuntia fere semper epica flecti ratione luculenter demonstrant exempla Πενθῆα (*Δ*. 243. 305. 315) φυλακῆες (*Γ*. 295) ἡγεμονῆες (*B*. 30. 229) ἰχθυβολῆες (*A*. 75) sed praeter epicam flectionem etiam ionicam sibi sumpsit; legimus enim Πενθέα (*Δ*. 304. 309) Φινέος (*B* 616) Φινέι (*B*. 617) quod etiam Aratus sibi indulsit (Περσέα 484). Apud Homerum nomina Ἀτρεύς et Τυδεύς semper ionica, Ὀδυσσεύς vero, alia semper epica ratione flectuntur. Apud Homerum casus vocabuli ναῦς partim a stirpe να —, partim a stirpe νε — conformari satis constat; illi semper servant η, hi ε. Apud Oppianum non formae occurrunt nisi conformatae a themata να: νηός (*B*. 221. 232) νῆα (*B*. 87) νῆες (*B*. 63) νηῶν (*B*. 68). Hoc eam ob causam commemoravi, quod etiam Callimachus et Aratus formas a stirpe νε — flexas prorsus vitaverunt. (Cf. V. Löbe, de elocutione Arati. Hal. Sax. 1864 p. 10.) Insequantur duae formae, quae apud alios poetas epicos haud facile occurrunt. Namque dativum pluralis vocis ῥώψ habet ῥωπάσιν (*Δ*. 393) tamquam derivatum a nominativo ῥωπάς, quae forma non extat, genetivum pluralis vocabuli γύψ exhibet γυπάων (*Δ*, 392) media syllaba producta sicut a nominativo γύπη. Obtulit quidem Hesychius vocem γύπη, sed ille illo nomine non significat „vulturem, accipitrem", sed denotat „antrum, latibulum". — Pro γενύεσσιν multis locis Oppianus habet γένυσσιν (*B*. 261. *Γ*. 446. *Δ*. 175); quibus autem utitur formis πρώνεσσιν (*A*. 418) et πρῶνας (*Γ*. 315) eas nonnisi apud poetas seriores reperias neque usquam apud Homerum, qui semper habet formas diductas πρώονες (Il. *Θ*. 557. *Π*. 294) πρώονας (Il *M*. 282). Denique ab

usu homerico et omnino epico recedere mihi videntur formae ἄκρια (*B.* 552) pro ἄκριν, ὄφρυα (*Δ.* 405) pro ὄφρυν, quamquam pluralis formae ἄκριας et ὄφρυας plus semel apud Homerum et poetas epicos occurrunt; id autem imitatus est Homerum, quod ὄφρυας et ὄφρυα semper habet quarto pede hexametri dactylici. — Vocabuli κέρας Homerus habet casus obliquos κέρᾰος, κέρᾰι, κεράων media syllaba correpta; etiamsi illae formae nostro non innotescunt (κεράων *B.* 494), tamen poetas epicos posteriores secutus, qui mediam syllabam in formis κέρατος, κέρατι, κέρατα, κέρασι producere solebant, formam sibi sumpsit κέρᾱτα (*B.* 95); quin etiam forma diducta κεράατα (*B.* 494) usus est. Imitatus est Apollonium Rhodium (κεράασι *Δ.* 976) et Aratum (κεράατος 175) quem primum in his novandis fuisse recte admonuit Loebe*). cf. Buttmann, gr. ampl. I p. 200 n. 2. — Praeter formas contractas vocabuli πᾶις usum poetarum epicorum posteriorum secutus formam exhibet solutam πάϊν, quae praeterea non extat nisi apud Apoll. Rhod. *Δ.* 697. cf. Herm. Orph. p. XV. Wernicke ad Tryph. p. 185. Sed formae casuum obliquorum etiam apud seriores rarissime leguntur. Pro ἡ λώπη Theocritum (XIV. 66) imitatus dixit τὸ λῶπος (*A.* 105). Atque ut etiam de suffixo dicam, fere eaedem formae eademque vocabula suffixo terminantur, quae etiam apud Homerum. — φι ἀγέληφι (*B.* 46) παλάμηφι (*B.* 66. 357) κεφάληφι (*B.* 184. 329). Quod autem codices nonnulli exhibent κρατερῆσιν ὑπὲρ κεφαλῆσιν (*B.* 94) sine ulla dubitatione est lapsus scriptoris. Etenim cum ὑπέρ praepositio nunquam habeat tertium casum, sed aut secundum aut quartum, lectionem illam corrigendam atque emendandam in ὑπὲρ κρατερῆφιν κεραλῆφιν recte viderunt homines docti praesertim cum etiam codex Regius, qui notae est

---

*) De elocutione Arati. Hal. Sax. 1864. p. 10.

optimae, praebeat κεφαλῆφι sine iota subscripto. — A. 176 extat δειρῆφι, quod Oppianus ipse videtus finxisse. — θι ἐπὶ μεσσόθι (*A*. 92) — θεν θεόθεν (*B*. 284).

Denique pauca afferre liceat de genere substantivorum; pro ὁ ἕλινος, ut recte dixerunt Nic. alex. 180. Dion. Perieg. 1157. poeta noster habet ἡ ἕλινος. Recte enim Brodaeus vulgatum σέλινος correxit; namque quid sit ἡ σέλινος ignoro; ubique legitur τὸ σέλινον; praeterea autem σέλινον vocis syllaba secunda apud tantum non omnes poetas epicos producitur. cf. Il *B*. 776. Od. *E*. 72; in sola Anthol. Pal. VII. 621. 2. syllaba media brevis usurpatur. cf. Spitzner, de vers. heroic. p. 87. — λύγξ vocabulum, quod alii habent masculini generis (Eur. Alc. 582) apud nostrum usurpatur femininum (λύγκας — αἱ μὲν γὰρ ἔασιν τυτθαί).

Iam hinc progrediamur ad **Adjectiva.**

Ante omnia hoc loco commemorandae sunt adiectivorum nonnullorum formae syllabis —λεος sive —αλεος auctae, quae, quamquam minime sunt alienae sermoni graeco (cf. Lobeck, Prol. Path. p. 100) tamen a poetis epicis rarissime sunt usurpatae. Pro πίων habet πιαλέος (*B*. 105. 197), pro λεπτός — λεπταλέος (*A*. 119), pro γυρὸς — γυραλέος (*A*. 176), pro γηραιός — γηραλέος; atque si animadvertimus, quod formas adiectivorum sibi sumpsit πειναλέος (*A*. 94), θαρσαλέος (*B*. 155), φρικαλέος (*B*. 162) δειμαλέος (*A*. 165) quibus alii epici haud saepe utuntur, optimo iure Oppianum eas formas adamasse possumus contendere. Sed ἱππαλέος (*A*. 242. *B*. 14. 242) non satis ad regulam accomodatum videtur, quia a nominibus animantium talia duci est insolitum. — Pro πορδάλειος apud nostrum comparet πορδάλεος. cf. Lobeck. Prol. Pathol. p. 101. Spitzner ad Il *N*. 103. — ὀρίπλαγκτος forma (*Γ*. 224 ὀριπλάγκτοιο λεαίνης) pro ὀρείπλαγκτος alibi est vitata. Quod iam supra apud substantiva in mentem revocavimus Oppianum scrip-

tores Atticos secutum formas usurpasse in — ῑς exeuntes, id hoc loco est repetendum. Nam etiam pro nonnullis adiectivorum formis feminini generis in — ο̄ς aut in — η̄ aut in — ᾱ exeuntibus, adiectiva reperiuntur in — ις desinentia; sic pro *μεροπήιος* (*B.* 364 *μεροπήιον ἠχήν*) habet *μεροπηίς* (*A.* 23. *B.* 541. *Γ.* 15) pro *βασιλεῖα-βασιλῃΐς*, quae forma etiam extat Il Z. 193; pro *τριέτηρος* utitur forma *τριετηρίς* (*Δ.* 235) pro *ζεφυρία-ζεφυρῖτις* (*Δ.* 75. cf. Dion. Perieg. 346. 727). Aliis locis alia adiectiva extant, quae cadunt in syllabam — ῑς; e. g. *Σαλαμινίς* (*Δ.* 222) *Βοιωτίς* (*Δ.* 253 *Βοιωτίδος ἔκτοδε γαίης*) *Εὐβοΐς* (*Δ.* 276. *Εὐβοΐσιν τε κόρῃσι*) *Μαυρίς* (*Μαυρίδα γαῖαν*).

Porro mentionem facere liceat eorum adjectivorum, quae apud alios poetas pro feminino praebent formam diversam, apud Oppianum communem. Sunt autem haec: *μύριος* (*αἶα A.* 271), *τέθμιος* (*σίγη A.* 450), *νόμιος* (*νόμιοί τε χαμεῦναι Δ.* 3). Adjectivum *εὐρύς*, quod neque apud Homerum neque apud Hesiodum pro feminino habet formam communem, apud Oppianum terminationem praebet eandem pro feminino quam pro masculino. Legimus *A.* 409. *εὐρέες ὠμοπλάται* et *Γ*, *εὐρέος αἴης* quam formam apud nullum alium reperio nisi apud Asium ap. Athen. XII, 525 F. (*χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον*). Eodem modo apud nostrum extat adjectivum, quod haud scio an apud alium poetam pro feminino praebeat terminationem diversam. Occurrit *B.* 256 forma *βροτείην*; at, si pro feminino diversa praebetur terminatio, semper usurpatur forma correpta syllaba media *βρότεος*, — *έη*, — *εον*. cf. Od. *T.* 545. Hes. *ἐκῆ*. 414. hymn. Hom. Ven. 47. — Vox *ἱππαλέος*, quae multis locis (*A.* 169. 242. *B.* 14) pro feminino habet terminationem diversam, uno loco apud Oppianum pro feminino et masculino unam praebet eandemque formam (*ἱππαλέοισιν ἀοιδαῖς Δ.* 119). Offendit *Γ.* 399 dat. plur.

ὠκυπέτῃσιν[νώτοισιν]. Notum est adjectivum ex Hes. ἐκή. 212. ubi nominativi forma extat ὠκυπέτης ἴρηξ, accipiter celeriter volitans. Forma ὠκυπέτῃσιν pro ὠκυπέτεσσιν a poeta esse posita videtur declinatione prima flexa, sed genus vocis νῶτος, cujus semper pluralis extat τὰ νῶτα, praeter LXX, 3 Reg. 7, 33, huic formae non est accomodatum; itaque Lobeck ad Soph. Ajax 323 haud immerito fortasse ὀξὺ βέλεσσι scribendum esse putat. — Prorsus autem recedunt ab usu Homerico Hesiodeoque formae femininae adjectivorum ἄγριος ἀγριάς, — ἄδος (*Δ*. 270) et δίψιος (*Δ*. 111) διψάς (*Δ*. 332. *Γ*. 34) quae primum extare videntur apud Aratum 918. Eum autem secuti sunt Apoll. Rhod. *Δ*. 28. 1147. Nic. ther. 89. ei. frag. 11. cf. Lobeck, Soph. Ai. p. 272 ed. pr. Wernick. ad Mus. 300. Saepe illae formae reperiuntur apud poetas antiquos (Pind. Isthm. IV, 34. Nem. IV, 59. Eur. Hec. 444); maxime autem sunt usurpatae a poetis epicis posterioribus. cf. Theocr. I, 40 λεπράς, Maneth. VI, 67 ἐρημάς. Multos alios locos ex Nonni carminibus collegit Wernick. ad Tryph. 194, quo loco extat adjectivum κοιλάς.

Insequantur adjectiva nonnulla, quae aut aliena ab usu Homerico atque Hesiodeo a poetis posterioribus sunt conformatae, aut terminatione paulo alia ab homericis adjectivis differunt. *Δ*. 413 extat adjectivum ἀελλοπόδης pro ἀελλόπους, cujus loco Homerus formam praebet ἀελλόπος (H. *Θ*. 409. *Ω*. 77. 159.) cf. Krüger, gr. gr. II. 1. § 3. Anm. 7. ἀελλοπόδης Oppianus recepisse videtur a Quint. Smyrn. X. 89. — ἀνιγρός (*Δ*. 406) pro forma ἀνιαρός non nisi apud serioris temporis poetas Nicandrum, Manethonem, alios facile invenies. Praeter νήδυμος etiam formam habet νηδύμιος *Δ*. 330. 371. Pro epicis formis ἐϋπλόκαμος, ἐΰτρόχαλος (*Δ*. 324) quas saepissime sibi indulsit Homerus, noster habet formas εὐπλόκαμος (*B*. 131. *Γ*. 182) et εὐτρόχαλος (*B*

131) cf. Krüger, gr. gr. II, 1. § 3. 4. Quae autem forma apud poetas epicos inferioris temporis nunquam reperitur, *θέειος* pro *θεῖος*, ea non vitatur apud Oppianum. cf. Procl. h. Ven. 2, 16. — *ἔγκυος* adjectivum (*Γ*. 515) rarissime a poetis est usurpatum; praeter nostrum extat ap. Antiphil. in Anthol. Pal. IX, 156 (*πῶλος ἐνόπλου Δαναῶν ἡσυχίης ἔγκυος*) et ap. Philipp. Thessal. in Anthol. Pal. VI, 5 (*πυρὸς ἔγκυον ἔμφλογα πέτρον*). De graviditate feminarum vocabulum illud sibi sumpsit Dion. Hal. IX, 22. Pro *κλεινός*, quae forma etiam ap. Homerum et Hesiodum desideratur, noster habet doricam apud Pindarum et alios usitatissimum *κλεεννός* (*παῖδε κλεεννώ B*. 623) cf. Pind. Pyth. V, 20. IV, 280. Simon. in Anthol. Pal. VII, 514. Scol. ap. Athen. XV p. 694 D. Pro *οἰκεῖος* extat apud Oppianum *οἰκίδιος* (*οἰκιδίῃσι κύνεσσιν A*. 438. 473) cujus sibi sumpsit etiam compositum (*B*. 573 *κατοικιδίῃσιν κααλιαῖς*). Extremum locum habeat forma *ἐνηῆες* (*B*. 89) pro *ἐνηέες* sive *ἐνηῆς*, quae apud Homerum et Hesiodum prorsus obmutescit.

Comparativus conformatur syllabis stirpi adjunctis — *τερος*. Sed quamquam notae sunt formae *κακώτερος*, *μειότερος*, *πλειότερος*, quippe quae etiam reperiantur apud Homerum, tamen ante Oppianum mihi quidem praeter Theogn. 538 nullus venit in mentem scriptor, qui formam sibi indulsit *ἀρειότερος* (*B*. 453. *Δ*. 55). Eodem modo illa forma est conformata quo comparativus *πλειότερος*. Forma *ὀλίζων* praeter Homerum et Callimachum delectantur epici plerique, velut Nic. ther. 212. 372. Dionys. Periog. 239. Opp. Cyn. *Γ*. 328. Ex illa forma Oppianus procudit *ὀλιζότερος* (*Α*. 406. *Γ*. 65. 394. cf. Spitzner Il. *B*. 717).

Superlativus ad regulam formatur terminatione themati adjuncta — *τάτος*. Sed hoc loco commemoranda videtur forma *μύχατος*, quae, etiamsi bis apud Homerum legitur (H. *Θ*. 223. *Λ*. 6) tamen rarissime est adhibita

cf. Aristoph. Vesp. 1502. Apud nullum autem scriptorem temporis superioris, opinor, forma offertur *μεσσάτιος*, quae usurpatur tamquam adjectivum a superlativo *μέσατος* formatum. Noster (*Δ*. 442) videtur imitatus esse Callimachum hymn. Dian. 78. Dion. Perieg. 296.

Transgredimur ad **Numeralia.** Etiamsi noster iisdem fere numeralium formis utitur quibus Homerus, pauca tamen sunt, quorum mentio fiat, dignissima. Namque formas habet *μιῇ* (*B*. 181) *μίαν* (*Γ*. 253) *δύο* et *δύω*. *δύο* bis conjunxit cum accusativo pluralis neutrius generis (*A*. 242. *Γ*. 292); *δύω*, quae forma semel tantum apud nostrum extat (*Δ* 382), conjuncta usurpatur cum quarto pluralis masculini. Praeterea autem pro formis *δύο* et *δύω* aliae extant, quae variis cum casibus conjunctae omnia per genera flectuntur. Legimus enim *δοιοί* (*Γ*. 326. *Δ*. 120), *δοιαί* (*B*. 63), *δοιά* (*A*. 320. 376), *δοιοῖς* (*Γ*. 253) quin etiam, quod ab usu omnium poetarum epicorum prorsus abhorret, pro *δύω* exhibet formas *διπλά* (*B*. 449), *διπλόα* (*Γ*. 410), *διπλοῖς* (*B*. 500). Eodem modo neque Homerus neque Hesiodus sibi sumpserunt pro *δύω* formas, quae apud nostrum occurrunt, *δισσά* (*A*. 451), *δισσοῖς* (*B*. 204). Eodem modo formatum est numerale *τρισσοί* (*Δ*. 124) et *τρισσά* (*B*. 603), quas formas praeter nostrum ex epicis habet hymn. Hom. Ven. 6. Hes. fr. 68. Anthol. V, 281, 4. Huc continuo subjungam *ἀμφίδυμοι* (*Γ*. 61) quod apud Homerum (*Δ*. 847) et Apollonium Rhod. (*A*. 940) significat „ab utraque parte commodos accessu“, apud nostrum usurpatur pro *δύω*. Eadem analogia conformatum qua *ἀμφίδυμος*, *δίδυμος*, *τρίδυμος* (Man. IV, 456. Stob. flor. 39, 32) apud nostrum legitur *τετράδυμος* (*B*. 181 *τετράδυμοι ῥῖνες*) cf. Lobeck, Pathol. I p. 169. Recedunt ab Homerico sermone dativus *δυσί* (*B*. 385) aeque atque adverbium *πεντάκι* (*Γ*. 56), quod nisi in Anthol. XIII, 15 et corp. inscr. n. 666, 4 p. 916a amplius non

reperitur. Formae *τριτάτης* (*Γ*. 60), *πίσυρες* (*B*. 181. *Δ*. 149), *πίσυρας* (*Γ*. 58. *Δ*. 395), *πισσύρεσσιν* (*B*. 384), *τετάρτης* (*Γ*. 60) etiam Homero non sunt ignotae. *τόσα μυρία* (*A*. 166) pleonasmus est, qui caret analogia.

Pronomina. Usum homericum imitatus *ἕ* (*Δ*. 98) sumpsit pro *αὐτόν* et *αὐτήν*; pro *αὐτό* nunquam collocavit. Eodem modo *μίν* habet pro masculino et feminino (*Γ*. 453. 486) nunquam pro neutro. Pronominis personalis dativi pluralis apud Oppianum legitur *νῶϊ*, quae, quamquam Eur. Iph. Aul. 1207 a nonnullis tamquam simile forma legitur *σφῶϊ*, tamen a doctis viris in incertum revocatur. cf. Krüger, gr. gr. II. 1. § 25. 5. Dativus enim apud Homerum semper est *νῶϊν*, nunquam *νῶϊ*. *σφέ* pronomen apud nostrum (*Γ*. 487 *οὔτε γὰρ ὀρνίθων σφε δαμάσσατο δήϊος ἰξός*) non loco pronominis personalis est positum, sed demonstrativam obtinet notionem. Imitatus est Aratum, apud quem pluralis formae *σφέων* 391 et *σφίσιν* 266 etiam positae sunt pro pronomine demonstrativo. Ea autem re recedit ab Arato, ut *σφε* habeat pro singulari. In exclamationibus Oppianus saepissime utitur pronominis formis *πόσος*. *A*. 330. *ὢ πόσση κραδίη, πόσση μερόπεσσι πέλει φρήν*! *B*. 375. *αἰδὼς ὢ πόσση, πόσσος πόθος ἐστὶ τοκήων*.. Etiam *οἷος* pronomen hoc modo usurpatur. *B*. 37. *Γ*. 113. *A*. 206. Alii hoc, quod noster tantopere adamavit, rarissime sibi sumpserunt. cf. Callim. lav. Pall. 107. vid. Lehrs, quaestt. epp. p. 319. — Sed haec hactenus; restat ut disseramus de

Verborum formis. Notissimae sunt apud Homerum primae pluralis personae litera *σ* auctae *ἀρχώμεσθα*, *ἐφοπλισόμεσθα*; formas hoc modo conformatas, a poetis epicis Homero et Hesiodo inferioribus omissas saepius apud nostrum legimus: *δυνάμεσθα*, *λιτόμεσθα* (*B*. 376). Haud immemor usus homerici non plus semel sibi sumpsit aoristi infinitivi formam *πειρηθῆναι* (*A*. 481) pro

πειράσασθαι. Forma ἠμείφθην, quam ut activum aut medium usurpavit noster (*A*. 19) aeque recedit ab usu Homerico Hesiodeoque ac formae περισχομένους (*A*. 331 θέσαν πολυειδέας ἵππους μητρὸς ἔτι γλαγερῇσι περισχομένους λαγόνεσσιν) et φραξαμένην (*Δ*. 7 ἀείδωμεν — φραξαμένην κραδίην) quae apud nostrum passivam obtinent notionem. Vestigia pressisse videtur Theocr. I, 27 τὸν δ' ἐγὼ ἀμείφθην. Satis notae sunt apud Homerum et Hesiodum perfecti et plusquamperfecti formae μέμβληται et μέμβλητο; hae formae etiam apud Oppianum leguntur; praeterea etiam forma comparet ad regulam formata μεμέληται (*A*. 436) quae non invenitur nisi apud epicos poetas temporis Alexandrini. — Aoristi medii forma ἐπεβήσατο (*Δ*. 287) non comparet ante Apoll. Rhod. *Δ*. 448. cf. Buttmann, ausf. Sprachl. I p. 418. not. Spitzner ad Il. *A*. 428. — Verbi προβαίνειν apud Oppianum (*Γ*. 131) legitur forma inusitatissima προβιβᾶσι tamquam derivata a verbo προβίβημι; apud Homerum hujus verbi nulla alia forma occurrit nisi participii προβιβάς (Il. *N*. 18. 158. Od. *P*. 27); itaque Lobeck fortasse haud immerito προβεβᾶσι legendum esse putavit. Forma aoristi νηήσαντο (λίνον *Δ*. 146) alibi obmutescit. — A verbo ἀερτάειν (Anth. Pal. V, 230), quae forma idem est quod ἀείρειν, originem trahit forma ἠέρτηται (*B*. 99) quae apud epicos poetas rarissime occurrit. Insequatur forma, ad quam paucis disseramus, dignissima: κεκλήγοντες. Scimus enim Aristarchum in editione altera Homerica illud ut Aeolicum reiecisse et ei plures recensiores accessisse narrat schol. Vict. Eum secutus esse videtur Vind. quintus, in quo κεκληγότες perperam fertur. cf. schol. Harl. ad. Od. *M*. 256. *O*. 30. Thiersch, gr. Gr. § 211. 29[b]. Neque ignotam fuisse longam vocalem quum Hom. Il. *B*. 314 tum Apoll. Rh. *Δ*. 874 ostendunt. Nostrates autem homines docti Aristarchum errasse videbant et revocabant

Homero formam illam Aeolicam, unde eam sibi sumpserunt et Aratus 1004 et noster *B*. 58. Vid. Spitzn. ad Hom. Il. *M*. 115. — *B*. 244 vulgatum legimus *πεφρικῶτας*, in cod. Vatic. *πεφρυκότας*, quarum formarum utraque habet offensionem. Probamus igitur emendationem Schneideri, qui Oppianum analogiam formae *κεκλήγοντες* secutum et ductum auctoritate Pindari (Pyth. IV, 325) a verbo *φρίσσειν* partic. perf. conformasse *πεφρίκοντας* recte intelligens formam illam restituit e codice Regio. — Forma *ὠπήσασθαι*, cujus loco alii exhibent formam *ὀπωπήσασθαι* Euphor. fr. XLVIII, apud Oppianum extat *A*. 316. *Γ*. 85. 160. 271. 404. 522. *Δ*. 14. 82. cf. Lehrs, quaest. ep. p. 321. — Huc subjungamus formam litera *α* absumpta *στράπτειν* pro *ἀστράπτειν*; occurrit quidem *στράπτειν* etiam apud Apoll. Rhod. *A*. 544. *Γ*. 1216; sed non est negligendum, quod Apoll. *στράπτειν* vocabulum semper usurpat significatione intransitiva (*στράπτε δ' ὑπ' ἠελίῳ φλογὶ εἴκελα νηὸς ἰούσης τεύχεα*) Oppianus modo transitiva (*Γ*. 349 *ὀπωπαὶ μαρμαρυγὴν στράπτουσιν* h. e. oculi fulgorem jaculantur) modo intransitiva (*B*. 64 *νῆες στράπτουσαι θαμινοῖσιν ἐνάντιον ὁπλίτῃσιν* h. e. fulgentes crebris e diverso militibus). Satis notum est apud Homerum verbum *ἀποψύχεσθαι* in locutione *ἱδρῶ ἀποψύχεσθαι* Il. *Λ*. 621. *Φ*. 561. *X*. 2 et semper apud antiquiores poetas nulla nisi media forma in formula illa usurpatur. Apud Oppianum vero etiam activa forma invenitur (*B*. 429 *ἱδρῶ ἀποψύχωσι, παρηγορέωσι δὲ θυμόν*).

Atque ut etiam pauca disseramus de verborum contractione quae dicitur, verba pura apud poetas epicos modo solute usurpantur (*τρομέουσι B*. 49. *κομέουσι B*. 350 alia) modo contrahuntur (*μυκᾶται Δ*. 166. *κυρτοῦται Δ*. 169. *ἐπισμαραγεῖ Δ*. 170 alia). De formis *κραδάουσι* et *ἐστάλαε* (*Δ*. 300), quae apud Homerum semper forma soluta occurrunt cf. Lobeck. Technol. p. 175.

Saepe contractae vocali parem brevem vocalem praemitti tum ex Homero satis notum est, tum multis apud nostrum (*ὑλακόωντες Γ.* 281. *εὐδιόωσα Α.* 13) firmatur exemplis. Itaque miror, quod (*B.* 49) nonnulli scripserint *ἀγριάοντα* pro *ἀγριόωντα;* pro *ἀγριάω* enim, quod apud nullum reperitur poetam, usurpatur aut *ἀγριαίνω* aut *ἀγριόω*; accedit, quod verba *ἀγριαίνω* et *ἀγριόω* semper usurpata significatione transitiva denotant „ferum facere", *ἀγριόωντα* forma intransitivo sensu significat „excandescentem". Quare quum etiam Brunckii conjectura *ὀργόωντα* nihil habeat commendabile, participium illud eodem modo videtur Oppianus conformasse, quo Aratus scripsit *ὑπτιόωσα* non a verbo *ὑπτιόω*·sed ab *ὑπτιάω*, quod prorsus in lexicis desideratur, derivandum. — Multa extant apud nostrum exempla contractionis $\overline{εο}$ et $\overline{εου}$ in $\overline{ευ}$, quae in formis activis apud Homerum haud saepe locum habet. cf. Krüger, gr. gr. II, 34, 3. 3. *πονεῦσι* (*Δ.* 354) *καταγεῦντες* (*Δ.* 137) *σελαγεῦντος* (*Δ.* 74) *οἰνοχοεύντων* (*Δ.* 231); ex formis mediis et passivis commemoramus *νεῦμαι* (*Γ.* 101. cf. Il. *Σ.* 136. Apoll. Rhod. *B.* 1153. Theocr. 18, 56). *δοκεύμενος* (*Δ.* 109) *προχεύμενον* (*B.* 39). Denique in extremo commemoramus formam, quae alias, opinor, haud facile occurrit: *θεῖν* (*Γ.* 186). cf. Wernick. ad Tryphiodor. p. 123. Apud Homerum formae verborum *θέω*, *χέω*, *ῥέω*, *πνέω*, *πλέω* nunquam contrahuntur excepta una *χεῖσθαι* Od. *K.* 518.

Quod attinet ad augmentum et reduplicationem Oppianus fere easdem sibi imposuit leges, quas Homerus.

II.

Vocabula, quae apud Oppianum aut primum comparent, aut omnino desiderantur in lexicis aut minus idonea auctoritate firmantur, aut solum quaeque singulari notione usurpata reperiuntur.

Nomina substantiva. Itaque initium faciamus a vocabulo, quod translatum e lingua latina in graecam opificem habet Oppianum; legimus enim *Α.* 4 vocabulum *Δόμνα*, neque quisquam, opinor, erit, qui dubitet, quin vocabulum illud idem quod apud Latinos „domina" metri causa litera *ι* ejecta sit scriptum. Ceterum haec vox, quae ne postea quidem apud ullum legitur, prorsus desideratur in lexicis. — Extat (*B.* 623) *Βορειόνεω*, quam formam corruptam esse putaverunt tantum non omnes editores, sed quid ejus loco esset legendum non viderunt. Quaecunque emendationes a viris doctis sunt propositae, non probantur; sed formam *Βορειόνεω* prorsus recte esse conformatam, aliis talibus exemplis allatis luculentissime docuit Lobeck. Pathol. I, p. 484. — Insequatur vocabulum *ἀριστοπόσεια* (*Α.* 6), quod, cum apud alios poetas epicos et ante nostrum et postea non occurrat, Oppiano opifici tribuere non dubito. Eadem videtur conformatum esse analogia, qua e vocibus *ἄριστος* et *λεχώ* apud Nicandrum Ther. 509. 537. legimus compositum *ἀριστολόχεια*. De simili vocabulo *καλλιτόκεια* infra agemus. Quod etiam alii poetae sibi indulserunt, ut usurparent simplex pro composito, hoc etiam noster non vitavit; namque *Α.* 37. *Δ.* 5. 27. *Γ.* 408 legimus vocabulum *βουλή* eadem significatione, qua apud alios extat compositum *ἐπιβουλή*. Vocabulum *σκυλακοτροφίη* (*Α.* 436) inter poetas epicos unus habet Oppianus. — Qui-

bus transactis transeamus ad vocabula, quae dicuntur, paragoga. Extat apud nostrum *σεληναίη* (*Α*. 113) pro *σελήνη*, quae vox etiam legitur apud Aristoph. nub. 614. Heliod. 1, 17. 8, 12. Achill. Tat. 3, 17. Maneth. 1, 153. Conformatum est hoc vocabulum eodem modo, quo apud Aratum 93 *ἁμαξαίη* pro *ἅμαξα* et *γαληναίη* pro *γαλήνη* 813. Callim. epigr. V, 5. Apoll. Rhod. *Α*. 1156. Opp. hal. *Α*. 460. De talibus formis, quae plerumque occurrunt apud poetas temporis Alexandrini cf. Eustath. ad Il. *Α*. 122 *καλεῖ τὴν καλάμην ὁ πολὺς ἄνθρωπος καλαμαίαν ὡς καὶ ἡ σελήνη σεληναία λέγεται*. Phot. lex. c. 219. Sturz, de dial. Maced. et Alex. p. 173. Schäfer Greg. Corinth. p. 394. Aliae ejusmodi formae, quae apud alios poetas reperiuntur, sunt *κρηναίη* (Apoll. Rhod. *Α*. 1208) *ἀναγκαίη* pro *ἀνάγκη*, *οὐραίη* pro *οὔρη*, *ἀλκαίη* pro *ἀλκή* in halieuticis, quas omnes non temere ubivis reperias. Apud Suidam et Photium occurrit *νικαίη* pro *νίκη*. cf. Lobeck. Paralip. p. 313. Porro hic locum habeat nomen proprium inusitatissimum *Κυθείρη* (*Α*. 238) pro *Κυθέρεια* (*Α*. 7. 383). cf. Jacobs ad Anthol. Pal. p. 606. Addamus vocem *ἄζα*; apud Homerum ubicunque extat (Od. X, 184) significat „mucorem, rubiginem", apud nostrum (*Α*. 134) denotat „ardorem, aestum". Huc statim subjungam vocabulum *ἐνιπή*; apud Homerum enim (Il. *Δ*. 402. *Ε*. 492. Od. *Κ*. 448) et Pindarum idem est quod *ἐπιμομφή*, reprehensio; apud Oppianum (*Α*. 133. 299) significat „vim caloris." *ἔθειραι* apud Homerum dicuntur crines equorum, apud Apollonium Rhodium capilli hominum, maxime feminarum. Majorem sibi indulsit licentiam noster, cui *ἔθειραι* non solum sunt „setae apri" (*Γ*. 395) verum etiam „plumae gallinae" (*Γ*. 123) — *ποθή* apud Homerum in Iliade significat cupiditatem, desiderium in locutione *πόσιος καὶ ἐδητύος ποθή*; in Odyssea (*Ο*. 514. 546 *οὐ γάρ τι ξενίων ποθή*) est „inopia". cf. Lobeck, Prol. Path. p.

12; apud Oppianum (*Γ*. 115 *ποθὴν ἀλίαστον ἔχουσιν ὧν τεκέων*) addito casu secundo denotat „amorem". — Pro *ἱμάς* Oppianus (*Δ*. 217 *τοῦ δ' αὖτ' ἀπὸ μήδεα δῆσαν ἱμάσθλαις λεπταλέαις*) sibi indulsit *ἱμάσθλη*. — *χαμεύνη* vocabulum nunquam ab Homero adhibitum denotat „stibadium humi stratum" (Apoll. Rhod. *Γ*. 1192 *τοὶ δὲ χαμεύνας ἔντυον ἥρωες*. Theocrit VII, 133. Aristoph. av. 816); apud nostrum (*B*. 34 *οἴη δ' αὖτε θέρευς γλυκερὴ σπήλυγγι χαμεύνη*) eadem ratione usurpatum, qua alias *χαμευνία* (Philostr. v. Ap. 3, 15) significat „humi cubationem". — *Κόρση* vox, quam apud Homerum significationem habere „tempus capitis" exemplis demonstratur Il. *Δ*. 502. *E*. 584. *N*. 576; apud nostrum (*A*. 181 *ἐκ δ' ἄρα κόρσης ἀμφὶ μέτωπα τριχῶν πυκινῶν σείοιντο κόρυμβοι*. *Γ*. 25 *πάσσονα μὲν φορέουσι δέρην, μεγάλην δέ τε κόρσην*) usurpatur pro „toto capite". cf. Empedocl. 219 ed. Stein. Nicand. Ther. 905. Aesch. Choeph. 280. — *ὀπωπαί* apud Oppianum notionem habet „oculi". Secutus est Apollonium Rhodium (*Γ*. 1023 *ὅτε δ' αὖτις ἐπὶ σφίσι βάλλον ὀπωπάς*. cf. Christodor. ecphr. 334) apud Homerum vox illa usurpatur pro „adspectu" Od. *Γ*. 97. *Δ*. 327. *Ξ*. 44 et pro „visu" et „acie oculorum" Od. I, 512. — *ἀντολίη*, quod prorsus ignotum Homero (cf. Od. *M*. 4) a poetis temporis serioris saepius usurpatur (cf. Lobeck. Prol. p. 358 adnot. 69. Pathol. I, p. 437). Apud poetas temporis Alexandrini alios alia legimus substantiva, quae eadem ratione sunt conformata: *ἀμβολίη* pro *ἀναβολή* (Arat. 886. 1081. Apoll. Rhod. *A*. 861 *Γ*. 144. Anthol. Pal. V, 233, 2. Tryph. 42) *σκοπιή* pro *σκοπή* (Arat. 833. 883) *ἀποτροπίη*, *κατατροπίη* alia. *ὀρίβακχος* (*A*. 24) nomen ut arbitror Graecis est ignotum. Itaque Lobeck ad Soph. Aj. 175 legendum esse putat *ἰόβακχον*. Iunctim appono subsantivum *παγκοίρανος* (*Δ*. 21 *παγκοίρανε θήρης*); nusquam alias legitur. Qui autem putant

παγκοίρανος vocabulum esse adiectivum, valde errant, namque caesura luculenter apparet, quomodo vocabula singula sint coniungenda (*ἀείδειν· σὺ δὲ πότνα θεὰ || παγκοίρανε θήρης*). Apellativum mirum est *πανίχνια* (*Δ*. 453 *κύνες δὲ πανίχνια σημήναντο*) quod pro *πάντα ἴχνια* accipitur. Simili modo contractum est, quo apud Homerum ex *πάντες Ἀχαιοί* vocabulum *Παναχαιοί* et ex *πάντες Ἕλληνες* vocabulum *Πανέλληνες*. — Substantivum *ἐλεφαντοτόμος* (*B*. 514) h. e. eborarius apud nullum alium poetam epicum legitur. *ἐργοπόνος* vocabulum, quod proprie est nomen adiectivum, tamquam substantivum a poetis temporis Alexandrini aliis alio modo accipitur cf. Opp. Cyn. *Δ*. 148. Nic. Ther. 830. Anthol. XI, 9, 3. Maneth. — Sequatur *ὠρυθμός*; primum legitur apud Theocritum XXV, 217 (*ὠρυγμοῖο πυθέσθαι*) sed illo loco significat „rugitum leonis“ apud nostrum designat „latratum canis“ (*Δ*. 219 *ὁ δ' ἄρ περισπερχὴς ὀδύνῃσιν ὠρυθμοῖς ὑλάει*) qua significatione haec vox etiam extat Schol. A B D L Il. X, 29. Qu. Smyrn. XIV, 287. cf. Eustath. 352, 2. De producta syllaba media cf. Spitzner, pros. p. 83. — Porro enumeramus vocabulum ad regulam conformatum (cf. Lobeck. Paral. p. 397) apud Homerum aliosque epicos prorsus inusitatum *μηκηθμός* (*B*. 359) mugitus; Plut. Sull. 27. Mor. p. 290 ejus loco sibi sumpsit *μηκασμός*, Schol. Il. *Δ*. 435. Od. *I*, 124 *μηκή*. — *κανθός* proprie est hircus seu angulus oculi (Nic. Ther. 673. Hesych. *κανθός· ὁ τοῦ ὀφθαλμοῦ κυκλός*); hic autem pro toto oculo ponitur (*Γ*. 511 *κανθὸν ἀγρυπνίῃ κεκορυθμένοι*. *Δ*. 118. 199) cf. Callim. fr. 150 Bl. Moschion ap. Stob. flor. 105, 22. Iunctim producere liceat *ταρσός*; apud Homerum enim est planta pedis apposito genetivo *ποδός* Il. *Λ*. 377; Apollon. Rhod. dixit de alis ad volandum expansis (*B*. 936 *κίρκος ταρσὸν ἐφεὶς πνοιῇ φέρεται ταχύς*) cf. Opp. Cyn. *Δ*. 389; denique pro toto pede extat apud Oppianum (*Α*. 409). De forma *ταρσά*

jam supra verba fecimus. Vox *ναύτιλος*, ubicunque reperimus, eadem significatione usurpatur, qua substantivum *ὁ ναύτης* (Herod. III, 43) aut adiectivum *ναυτικός* (Aesch. Agam. 1442. Soph. Philoct. 220). Nusquam habet locum pro *ναῦς*, quod sibi sumpsit Oppianus (*Α*. 28 *μὴ γένος ἡρώων εἴπῃς, μὴ ναύτιλον Ἀργώ*). Recte intellexerat Aristarchus nunquam de coena vespertina apud Homerum aliud nomen posse tolerari, quam *δόρπον* nec contra *δόρπον* de alia coena dici posse. Recentiores *δόρπον* partim pro cibo usurpant, ut Apoll. Rhod. (*Γ*. 301 *δόρπῳ τε ποτῆτί τε θυμὸν ἄρεσσαν*). Orph. Argon. (408 *ἀλλ' ὅτε δὴ δόρποιο ποτοῦ θ' ἅλις ἔλπετο θυμός*, quod est apud Homerum *σίτοιο ἠδὲ ποτῆτος*. Partim pro prandio legitur *δόρπος* ap. Oppianum *Α*. 132 *χείματι δ' ἐν μεσάτῳ μέσου ἤματος ἀγρώσσοιεν | εὖτέ τις ἐν δρυμοῖσιν ὑπὸ σπήλυγγι λιασθεὶς | κάρφεα λεξάμενός τε καὶ ὠκύμορον φλόγα νήσας | ἀγχὶ πυρὸς κλινθεὶς ὁπλίσσατο δόρπον ἀμορβός*. vid. Lehrs, de Aristarchi stud. hom. p. 130.

Porro subjungamus vocabulum, quo alii adiectivo, Oppianus substantivi loco duobus locis utitur. Namque *ποιμένιον*, quod idem est atque *ποίμνιον*, apud nostrum (*Γ*. 264. *Δ*. 269) eadem notione usurpatur, qua apud Homerum (Od. *Ι*, 122) et Hesiodum (theog. 446) *ποιμνή*. — *γύαλον*, quod semper apud Homerum dicitur de „arcu loricae", apud nostrum significat „arcum coelestem", qua significatione vox illa nusquam reperitur nisi Orph. h. XVIII, 16. — *ἱστός* apud Homerum denotat „malum" (Od. *Ο*, 496) aut „jugum textorium" (Od. *Κ*. 222. Il. *Α*. 31); apud Oppianum (*Α*. 408) mira et inusitata significatione „tibia" reperitur. — *ὁλκός* proprie significat „tractum" (Nic. ther. 160. 166) aut „sulcum" (Apoll. Rhod. *Γ*. 413) aut „fluctum" (Apoll. Rhod. *Α*. 1157). Apud scriptores orationis pedestris est machina, qua naves in mare deducuntur (Thuc. III, 15.

Dio Cass. 50, 12. Poll. 10, 134). Significatio autem „testiculus" (*B.* 192 *ἀμφιδύμους ὁλκούς*) apud alios desideratur.

Praeter *δρυμός* (*A.* 64) Oppianus etiam formam sibi sumpsit *δρυμών* (*B.* 78) quae apud alios epicos poetas obmutescit. Insequantur vocabula quinque in — *ας* exeuntia, quorum nonnulla proprie adiectiva ab Oppiano substantivorum loco adhibentur. Sic *Δητωϊάς* (*A.* 109) cf. Call. Dian. 83 idem est, quod *Δητωΐς* (Anthol. VI, 272) cf. Lobeck. Prol. Pathol. p. 464. Vocabulum *ἱππάς* (*A.* 162), quod apud plerosque scriptores non est diversum ab adiectivo *ἱππική* (*ἱππική*, *ἱππὰς στολή* Herod. I, 80. *ἱππάδες θυσίαι* Hesych.) primum substantivi loco significans „censum equestrem" extat ap. Isae. p. 67, 23. Plut. Sol. 18. Poll. VIII, 130. Ea autem notione, qua hoc loco usurpatur pro *ἡ ἵππος*, apud alios scriptores prorsus obmutescit. cf. Lobeck. Prol. Path. p. 444. 5. Aliud huic simillimum est *φορβάς*, quod vocabulum plerumque epitheton terrae significationem principalem habet „nutriens, nutrimentum praebens" (Soph. Phil. 700. Nonn. Dion. II, 1). Atque cum vox illa epitheton equorum (Eur. Bacch. 166. Apoll. Rhod. *B.* 276. Schol. AD Il. *Π*, 150), quin etiam epitheton caprarum et suum (Nic. ther. 925. Apoll. Rhod. *B.* 1025) significationem habeat „pascens", usus ille apud nostrum, qui *φορβάς* usurpavit pro *ἡ ἵππος*, haud scio an aliis idoneis firmetur exemplis (cf. *Γλαύκου φορβάδες ἵπποι* Hesych.). Similis est usus hujus vocis apud Polem. ap. Macrob. 5, 19 et Lycophr. 676, qui vocabulum *φορβάς* intelligunt suem cf. Apoll. Rhod. *Δ.* 1449 *γυνὴ φορβὰς ἡ πολλοῖς προσομιλοῦσα τροφῆς ἕνεκα* Eustath. p. 1088, 36. — Simillima est ratio vocabuli *οἰνάς*, quod alii poetae habent pro *οἴνη* (Jon. ap. Athen. X p. 447 D) aut pro *οἶνος* (Nic. al. 354); noster pluralem *οἰνάδες* (*Δ.* 235) eadem significatione usurpat, qua Homerus vo-

cem *Μαινάδες* (Il. X, 460. h. Hom. Cer. 387). Extremum locum habeat *δειράς*, etenim aut fallor aut vox illa, quae prorsus non diversa est a vocabulo *αὐχήν* h. e. jugum. montis, primum occurrit hym. Hom. Apoll. Pyth. 103. Baumeister. Mira atque inusitatissima significatione legitur apud Oppianum (*A.* 180 *ὕψι κάρη, νεάτην δὲ γέννυν ποτὶ δειράδα νεύοι*), qui non sibi sumpsit pro *αὐχήν*, sed pro *δειρή*, collum. Ceterum *δειρή* et *δειράς* eodem modo videntur inter se differre, quo sermone latino collis et collum. cf. Lobeck, Prol. Pathol. p. 446.

Insequantur vocabula in — *ῑς* desinentia, quae ab usu poetarum epicorum recedunt. *πλοκαμίς*, — *ῖδος* (*Γ.* 179), quod proprie significat „cirrum", pro capillo cincinno primum extat ap. Theocr. XIII. 7. cf. Anthol. VI. 59. 279. Quam vocem de capillo virorum rarissime esse dictam, docet Schol. Arist. Thesmoph. 574, sed nusquam, id quod apud Oppianum reperitur, *πλοκαμίς* significat capillum animalium. — Aliud est *κλαυθμυρίς* (*κλαρθμυρίδων Γ.* 248) pro *κλαυθμός*; de illo vocabulo, quod praeter hunc locum neque apud poetas neque apud scriptores orationis extat pedestris, etiam codices fluctuant. Codex enim Regius exhibet *κλαυθμυρισμῶν*, quam lectionem tuetur Belinus; nihil enim esse, quod obsit metro, nam saepissime *σ* ante *μ* liquescere; codex Venetus a manu prima habet *κλαυθμυρίζον*, Brunck proposuit lectionem *κλαυθμυριῶν*. Denique codex Vaticanus lectionem offert *κλαυθμυρίδων*, quae, cum Oppianum formas in — *ῑς* exeuntes adamasse multis locis viderimus, maxime probata videtur. — *γαυλίς* alias proprie est „mulctra" vel ut Suidas *τὸ ποιμενικὸν ἀγγεῖον, ὃ δέχεται τὸ γάλα*, apud nostrum (*A.* 126) „vas olearium" significat. — *ὀρνίθες* Homero sunt aves minores (*μικραί* Il *P.* 757); opponuntur *οἰωνοί*, aves maiores; apud nostrum *ὀρνίθες* et *οἰωνοί* promiscue usurpantur. — *Γ.* 326. *ἄκμονες*; alias *ἄκμων* est „incus" (Hom. Pind.

hal. *E.* 153) alias usurpatur pro adiectivo ἀκάματος (Call. Dian. 146 ibique schol. Aesch. Pers. 51) apud Oppianum est genus luporum. Grammatici βρύχημα leonibus, μύκημα vero tribuunt bubus, sed in contrariam partem Hesiod. theog. 832. ταῦρος ἐριβρυχής. Theocr. XXV. 137. ταῦροι ἐβρυχῶντο; sed iunctim Oppianus (*Δ.* 166) μυκᾶται βρύχημα πελώριον. — τέχνασμα (*B.* 78) quod significat „dolum, fraudem" ap. Eur. Or. 1560. Ar. Thesm. 198. Xenoph. Hell. VI. 4. 7. Luc. Char. 7. apud Oppianum est „instrumentum artificiose confectum". cf. Pseudo Luc. am. 28. — πλαταμών apud h. Hom. Merc. 128 est „latus lapis jacens in campo; apud Apoll. Rhod. (*A.* 365. λείῳ ἐπὶ πλαταμῶνι) est lapis prope mare situm; litus, scopulum sub undis latentem significat apud Arat. 993. Denique notionem „aequor" habet apud Oppianum (*Γ.* 223. ὁδμὴ δ' ἐς πλαταμῶνας ἀφίκετο) cf. hal. *A.* 121. *E.* 650. — τέμπεα proprie sunt αἱ στενωτάται διεκβολαὶ τῶν Θεσσαλίας ὀρῶν. Schol. Call. hym. in Del. Apud posteriores et poetas et scriptores orationis pedestris τέμπεα vox significat „valles amoenissimas"; sic legimus ap. Pausaniam τέμπεα Σικελίας, apud Oppianum (*B.* 197) παρὰ τέμπεσιν ἀγρονόμοισιν, ap. Dionys. Perieg 219 τέμπεα μηδικά. cf. Cic. ad Att. IV. 15. — χρέος alias (Il *A.* 686. Od. *Γ.* 367) est aut „quod datur damno sarciendo" aut „debitum" (Hes. 649 opp.) apud Aristophanem (nub. 30) significat „aes alienum"; apud Oppianum denique (*Δ.* 4 τλησιπόνων δ' ἀνδρῶν χρέος ἄπλετον ἀείδωμεν) denotat „laborem". Satis constat Aristarchum statuisse, quid intersit inter tria vocabula βρότος, αἷμα, ἰχώρ. cf. Lehrs, de Aristarch. stud. hom. p. 126. βρότος enim est sanguis mortuorum (βρότος. αἷμα *Ξ.* 7. ἡ διπλῆ, ὅτι οὐ πᾶν αἷμα βρότος, ἀλλὰ τὸ ἀπὸ βρότου πεφονευμένου) αἷμα sanguis viventium, ἰχώρ sanguis deorum. (Il *E.* 340.) Quam distinctionem non esse observatam

ab Oppiano, docet *B.* 279. quo loco *ἰχώρ* non solum usurpatur de sanguine animalium, verum etiam coniunctum est cum adiectivo *αἱματόεις*. — *σῶμα* apud Homerum dicitur tantum de cadavere; alias apud Oppianum *Γ*. 505. *πτῶκας δείδωμεν θήρης ἐρίδωρον ὀπώρην. Σῶμα πέλει τυτθὸν, λάσιον.* vid. Lehrs, de Arist. stud. hom. p. 161. De vocabulo *δαίς*, quod Lehrsius accuratissime tractavit, plura afferre est supervacaneum.

Extremum locum habeat vocabulum *μήδεα*, quod etiam apud Homerum variis diversisque significationibus usurpatum reperitur. Namque et significat „consilium“ (Il *B*. 340) et „prudentiam, dolum, insidias“ (Il *Γ*. 202) et „curam“ (Od. *Λ*. 202) et „virilia“ (Od. Z. 129. *Σ*. 67. 87). Nullus autem locus potest afferri, quo vocabulum *μήδεα*, ut apud Oppianum (*Δ*. 441 *λαγόνων δ' ἀπὸ μήδεα χεύῃ*) pro „vesica“ usurpatur.

Iam hinc progrediamur ad **Nomina Adiectiva.** Adiectivum *στάδιος* apud Homerum non extat nisi in locutione *ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ* sive *ἐν σταδίῃ* omisso nomine substantivo, h. e. in pugna stataria. Similem quidem, paulo tamen diversam coniunctionem habet Oppianus (*B*. 22 *ἐν σταδίοισιν ὀρειοτέροισι μόθοισιν*). Longius ab usu homerico abest Apollon. Rhod. (*Γ*. 1226 *θώρηξ στάδιος*) cf. Lobeck, Phryn. p. 239. — Substantivum *στιβεύς* ab usu Homeri et Hesiodi abhorrens apud Hesychium significat „viatorem“, apud Schol. Ap. Rh. *B*. 30. Schol. Nic. ther. 376 „fullonem“. Adiectivi loco coniunctum cum substantivo *κύων* comparet apud Oppianum (*Α*. 463 *στιβέεσσι κύνεσσιν*); opponuntur *τραπεζῆες* (A. 472) quos etiam Homerus nominat. Substantivum *στιβεύς* legitur *Δ*. 360. Simili modo *στιβευταὶ κύνες* legitur ap. Stob. flor. 64. 34. — Adiectivi loco usurpatur substantivum *ἐσχατιά* (*Α*. 124 *ἐσχατιῇσιν ὀπωρινῇσι τροπῇσι*). Apud Passovium in lexico s. v. *ἐσχάτιος* adnotatur: *ἐσχάτιος, ον* poet. st. *ἔσχατος*. Opp. cyn. 1. 124;

sed fugit doctissimum illum virum, vocabulum *ἰσχάτιος* semper pro masculino et feminino habere eandem terminationem. — Bacchi epitheton *φοιταλιεύς* (*Δ.* 236 *Βάκχου φοιταλιῆος*) pro *φοιταλέος* sive *φοιταλιώτης* unum legitur apud nostrum. — *αἰετόεις* (*Γ.* 117. *αἰετόεντα φῦλα*) cum apud nullum alium habeat locum, ab uno Oppiano usurpatum esse videtur. *ἄβλαυτος* nisi apud nostrum (*Δ.* 369 *ἀβλαύτοισι πόδεσσι*) non occurrit. — In lexico Passovii s. v. *θαμινός* legimus illud adiectivum a scriptoribus prorsus non usurpari, adverbium *θαμινά* saepissime inveniri ap. Xenophontem et Pindarum. Sed eum falsum esse exemplo huius adiectivi apud nostrum *B.* 64. *Δ.* 159 luculentissime declaratur. Praeterea autem etiam Suidas Lex. superlativum *θαμινώτατος*, Hesychius adverbium *θαμινῶς* sibi indulserunt. Nec tamen videtur a verisimilitudine abhorrere adiectivum *θαμινός* a grammaticis Alexandrinis ex umbra antiquitatis depromptum in literas esse receptum. — Satis notae sunt adiectivorum formae *νυκτερινός* (*νυκτερινὸν ἁρπακτῆρα* *Γ.* 266) et *ὀρεινός*; pro formis his usitatissimis Oppianus exhibet *νυκτέριος* (*νυτερίους δόλους* *B.* 28) et *ὄρειος* (*B.* 22. *ἐν σταδίοισιν ὀρειοτέροισι μόθοισι*); quamquam, cum non obsit metrum, optimo iure potest scribi *νυντερινούς*, tamen non est, cur immutationem faciamus, praesertim cum lectio illa non solum omnibus codicibus manuscriptis firmetur, verum etiam forma illa reperiatur apud Arat. 999. Luc. m. per. 28. Orph. h. 49. 3. Anthol. IX. 103. 2. Et. M. 810. 18. Cram. I. 437. II. 425 *ἐκ τοῦ χειμερινὸς γίνεται κατὰ συστολὴν τοῦ ν̄ χειμέριος ὡς ἑσπερινὸς ἑσπέριος.* cf. Lobeck, Prol. Path. p. 245. Pro forma usitata *ἄδενδρος* (Polyb. Strab.) Oppianus formam habet *ε* litera auctam *ἀδένδρεος* (*Δ.* 337) cf. Lobeck, Pathol. p. 417. Non alia ratione atque Aratus per syncopen literae *ι* formavit *χείμερος* 797. 1084 et *ἀχείμερος* 1121 pro *χειμέριος*, Oppianus sibi sumpsit *δυς*-

χείμερος (*B.* 579) et *πολυχείμερος* (*A.* 428). Hic etiam commemorandum est aliis scriptoribus ignotum *ἐπείκελος* (*B.* 167) eiecta litera *ι* pro *ἐπιείκελος*; nisi forte de corruptione textus est cogitandum, quae corruptela immutatione lectionis in *γναμπτοῖς ἐπιείκελος* facillime potest sanari. — Notissimum est apud omnes poetas epicos adiectivum *χαροπός*; quamquam hoc etiam apud nostrum permultis locis occurrit, tamen etiam formam sibi sumpsit inusitatissimam *χάροψ* (*Δ.* 114 *γλαυκός τε χάροψ*). A substantivo *ῥίν* compositum est *εὔριν*, pro quo Oppianus etiam habet *εὔρινος* (*B.* 456. *κυνὸς εὐρίνοιο*), quod ab usu epicorum recedit; unde superlativus *εὐρινότατος* legitur apud Hesychium. — Apud Homerum Il *Σ.* 54. extat vocabulum *δυσαριστοτόκεια* (*ὤ μοι ἐγὼ δειλή, ὤ μοι δυσαριστοτόκεια*). Illam normam imitatus est Oppianus (*A.* 6. *νύμφη ἀριστοπόσεια, λεχὼ δέ τε καλλιτόκεια*). Quae omnia Etymologici vitium coarguunt. cf. Spitzner Il. *Σ.* 54. Extat haec vox etiam apud Christod. ecphr. 132. Iam supra commemoravimus formas nonuullas adiectivorum peculiares femininas *ἀγριάς* et *διψάς*, quibus hoc loco addere liceat duas, *βληχάς* (*A.* 145 *βληχάδες ἄμνω* h. e. balantes agni) et *φαεθοντιάς* (*A.* 219 *αἴγλη φαεθοντιάς* h. e. splendor solaris) quas, cum ab aliis poetis vitatae sint, Oppiano opifici tribuere non dubito. — Adiectivum, cuius mentio fiat, dignum mihi videtur *νιφόβλητος*, quod compositum e *ΝΙΨ* et *βάλλειν* significat „nive obrutum" (*Γ.* 314. *νιφοβλήτους ὑπὲρ ἄκρας*. Nonn. Dion. II. 432), sed *A.* 428 (*νιφοβλήτοιο πολυχειμέρου ὥρης*) idem adiectivum significatione activa usurpatum denotat „nives fundentem, nives afferentem". — Adiectivum verbale ad regulam conformatum est *σφαιρωτός* (*B.* 92); sed apud alios (Xen. de re equ.) designat „ornatum globis", paulo audacius noster attulit pro adiectivo „rotundus". Pro *ποεσιτρόφος* (*Γ.* 189) etiam forma inusitatissima legitur *ποιοτρόφος* (*A.*

460) cf. Lobeck. Prol. Path. p. 144. Subiungere liceat *ποεσίχροος* (*B.* 409) et *ποιοφάγος*, cujus loco alii exhibent *ποιηφάγος* (Max. Tyr. 29, 4) cf. Lob. Phryn. p. 643. Insequantur adjectiva apud alios poetas prorsus inusitata *παναμείδητος* (*Γ.* 141) *παναμείλικτος* (*B.* 230) *παναμείλιχος* (*B.* 203). Quod si mentionem fecimus adiectivi compositi *παναμείλικτος*, etiam liceat in mentem revocare simplex *ἀμείλικτος* aliudque adiectivum satis notum *χρύσειος*; quae etiam apud Homerum aliosque poetas epicos usurpata esse quamquam exemplis permultis potest doceri, tamen, quorum mentio fiat, digna mihi videntur, quippe cum coniunctio illa, qua usus est noster, aliis nisi fallor prorsus sit aliena. Etenim *ἀμείλικτος* apud nostrum est epitheton Saturni (*ἀμειλίκτοιο Κρόνοιο Γ.* 10) Homerus autem et Hesiodus, alii semper sibi sumpserunt epitheton rerum, nunquam personarum (Il. *Λ.* 137. *Φ.* 21. 98. Nic. Ther. 185). Unus locus, qui nostro potest comparari, est apud Apoll. Rhod. (*Γ.* 337 *ἀμειλίκτοιο Διός*) *χρύσειος* apud Homerum est epitheton Veneris (*Γ.* 64. *E.* 427. *X.* 470. Od. *P.* 37), apud Oppianum *χρύσειος* appellatur Juppiter; tecte significatur transitus ejus in pluviam auream. — Formam neutrius generis *πλέον* pro masculino *πλέων* usurpari, id quod sibi indulsit Oppianus (*Γ.* 372 *καὶ χόλος ἀμφὶ γάμοισι πολὺ πλέον*) apud alios poetas neque ante nostrum neque postea exemplo non potest firmari. Jam vero priusquam transgrediamur ad adiectiva in — *ῆς* desinentia, supersunt nonnulla composita, de quibus liceat paucis disserere. Primum autem *μεγαλωπός* (*B.* 177) h. e. magnis oculis instructus, quod apud unum extat Oppianum, non dubito, quin ipsi tribuam opifici. Facillima enim componendi ratione ex adiectivo *μεγάλη* et substantivo *ὤψ* (Il. *I.* 373. *O.* 147. *ὦπας* Athen. VII. p. 287. *A.* cf. Lobeck. Par. p. III. et ad Phryn. p. 641) eodem modo est confectum, quo adiectiva *ξανθωπός* (*B.*

382) et *πυρωπός* (Aesch. Prom. 667. fr. 290, 4 D) cujus loco Oppianus habet *πυρωπής* (*B.* 317 *πέρδικες πυρώπεες*). — *πολύγληνος* adjectivum apud Nonnum (Dion. III, 272) cui fortasse debemus inventori est „multis oculis instructus;" apud Oppianum (*A.* 157) conjunctum cum substantivo *σαγήνη* significat „sagenam multiforam, multis maculis instructam. Iunctim proferre liceat *ἐρίγληνος* (*A.* 810 *ἐριγλήνους χαροποὺς ἵππους*) h. e. acribus oculis praeditus, quod ante nostrum recedit ab usu poetarum. *ἐρίσπορος* (*ἐρίσπορον αἶαν B.* 119) h. e. largiter obsitus ante Oppianum non legitur in carminibus. — *ἀκρήδεμνος* h. e. absque calantica inter epicos primum occurrit apud nostrum (*A.* 497). In voce *περιδέξιος* (*A.* 114) praepositio *περὶ* vim habet augendi; significat *περιδέξιος* valdo opportunum, aptum, accomodatum. Apud Homerum vero (Il. *Φ*. 163) idem est quod *ἀμφιδέξιος*, ambidexter, aequimanus. cf. Buttmann, lexil. 2, p. 219. Hesych. *περιδέξιος· ὁ δὲ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ ὡς τῇ δεξιᾷ βάλλων.* — *γλυκεροστάφυλος* (*A.* 464 *ἐν εὐκάρπῳ γλυκεροσταφύλῳ φθινοπώρῳ*) h. e. dulces uvas maturans nusquam ante Oppianum locum habet. — *πολύζωος* (*Γ.* 117 *πολύζωοι κορῶναι*) apud unum extat Oppianum. cf. Bekker, An. p. 58, 9. — *πανάπειριτος* (*B.* 517 *κορυφὴν ὄρεος πανάπειριτον*) *πάνδειλος* (*Γ.* 230 *γένος πάνδειλον*) alibi nisi fallor obmutescunt. — Adiectivum *σιδηροβόρος* (*σιδηροβόροιο σιδήρου B.* 174) quod non diversum ab adiectivo *σιδηροβρώς* (Ajax. 820. Schol. H. *E.* 385) nec non inusitatum apud alios poetas non extare videtur ante tempus quod dicitur Alexandrinum. Atque *σιδήρου σιδηροβόροιο* molestissimum esse pleonasmum etiam pueri vident. Nec minus commemorandum esse videtur *ὀρείαυλος* (*ὀρειαύλοισιν ἐν ξυλόχοισιν B.* 75. *θερσὶ ὀρειαύλοις Γ.* 18), quod altero loco significatum habet „montivagus, in montibus versans," altero epitheton fruticeti significat „mon-

tanum" (cf. Hal. Δ. 309). Ceterum hoc adiectivum neque ante Oppianum neque postea usquam reperimus usurpatum. *πρωτόρρυτος* (Δ. 236 *μαζὸν ὀρεξαμένη πρωτόρρυτον*) praeterea non extat nisi Galen. t. XIII, p. 726. Long. III, 18. *μελίχρυσος* (Α. 314 *μελιχρύσοισιν ἐθείραις*) cuius loco alii malunt *μελίχροιος*, Oppiano debemus inventori. In antholog. V, 203. ap. Nic. ther. 648. alex. 372. ap. Nonnum occurrit adiectivum *εὔκνημος* sive *ἐΰκνημος*, quod ab Homero atque Hesiodo est neglectum. Eodem modo formatum apud Oppianum locum habet adiectivum *λασιόκνημος* (Β. 186 *λασιοκνήμοισι λαγωοῖς*). *ἐϋπλόκαμος* Homero innumeris locis ea potestate est usurpatum, ut designet „pulchros concinnos habentem;" semper epitheton est feminarum et nympharum et dearum. Homerum autem secuti sunt fere omnes poetae posteriores; itaque mirum videtur, quod apud Oppianum (Γ. 183) hoc adiectivum usurpatum epitheton polypi denotat „flagellis instructum." Huc statim subiungam convenientissimum Bacchi epitheton *ἐγερσίχορος* (Δ. 234 *Βάκχου φοιταλιῆος ἐγερσιχόροιο*), quod apud alios desideratur. — Ex compositione substantivorum *ἄνθος* et *κόμη* conformatum est adiectivum rarissime usurpatum *ἀνθοκόμος*, cuius mentionem facimus, quod alio loco (Satyr. VI [X, 6] coniunctum cum substantivo *λειμῶνες* notionem habet „flores efferens," apud Oppianum vero attributum *τῶν οἰωνῶν* (Β. 119) significat „aves versicoloribus plumis praeditas." *ἀνθοκάρηνος* (Δ. 235) h. e. floribus redimitus caput originem trahens a substantivis *ἄνθος* et *κάρηνον* non ante Oppianum a poetis epicis exhibetur. Porro non ante nostrum apud poetas occurrunt adiectiva *ἀδέμνιος* (Γ. 358) *φιλοδέμνιος* (Α. 161 *φιλοδέμνιον ἦτορ*) *ἀείθουρος* (Β. 189 *ἀειθούροισιν ἀλεκτρυόνεσσι μαχηταῖς* h. e. semper gallinaceis pugnatoribus). *ἀλεκτρύων* tamquam adiectivum usurpatum audacius occurrit. — *τερενόχρως* adiectivum inventum fortasse ab Or-

pheo epitheton hominis (Lith. 34) significat „molli cute instructum.“ Hanc significationem propagavit ad subum Oppianus (*B.* 390 *τερενοχρόϊ σούβῳ*), ad pisces auctor halieuticorum (*B.* 56 *νάρκῃ τερενοχρόϊ*). Alia huius vocabuli forma *τερενόχρως — τως* extat ap. Anaxandr. ap. Athen. IV p. 131 D. — *πολιόθριξ* (*Γ.* 331 *ἰκτῖνον πολιότριχα*) quod adiectivum ab usu poetarum recedit, Oppianus sibi sumpsisse videtur e Strab. VII p. 293. Adiectivum ad regulam compositum *ὀρέσβιος* (*Γ.* 345) fugiunt alii epici. — Insequatur adiectivum *δολιχόσκιος*, quod ab Homero semper epitheton substantivi *ἔγχος*, apud nostrum usurpatur de cauda canis (*δολιχόσκιος οὐρή* *Α.* 411). Eadem analogia, qua conformatum est *δολιχόσκιος*, compositum est adiectivum rarissime a poetis adhibitum *δολιχούατος* (*Γ.* 186) — *ὑπομάζιος* (*ἄμνος* *Δ.* 93) et *τανύρροιζος* (*Δ.* 195) apud alios epicos desiderantur. — *δυσδέρκετος* (*B.* 607) h. e. aspectu foedus apud unum extat Oppianum. Homerum secutus, qui hymn. Dion. 2 epitheton Dianae usurpavit adiectivum *ἐλαφηβόλος*, Oppianus epitheton Atalantes puellae habet *συηβόλος* (*B.* 27). Epitheton equorum *ἡμίβροτος* (*B.* 7 *ἵππων ἡμιβρότων*) praeter Oppianum nullus sibi sumpsit epicus. — *λιπόσαρκος* (*B.* 106) h. e. macilentus, cuius loco etiam superlativum adiectivi inusitatissimi *ἄσαρκος* (*ἀσαρκότατον* *Α.* 477) noster usurpavit, primum extat ap. Hippocr. p. 1279, 57. cf. Welcker, syll. p. 98. n. 67. Duplicem notionem habet adiectivum *ποταμηπόρος*; altero enim loco (*B.* 178) significationem habet „tranans flumen,“ altero (*Δ.* 84) denotat „aggredientem ad flumen.“ Satis notum ex Homero est adiectivum *ἐπίκλοπος* (Od. *Λ.* 364. *N.* 291. Il. X. 281); excepto autem uno Oppiano ab omnibus poetis vitata est forma huius adiectivi cum *παν* composita *πανεπίκλοπος* (*B.* 82 *πανεπίκλοπον ἄγρην* h. e. fallacissimam venationem. Pervenimus ad adiectivum feminini generis *χρυ-*

σομίτρῃ (*B.* 2 παρθένε χρυσομίτρη virgo aurea succincta corona) cuius forma masculina non est, ut expectamus, χρυσόμιτρος, sed χρυσομίτρης. cf. Lobeck ad Soph. Ajax p. 143 ed. II. Alia adiectiva, quae ab usu aliorum epicorum recedunt, sunt haec: πολυάρκυς (πολυάρκυος ἄγρης *Δ.* 10) ταναηχέτα (πόντος *B.* 144) ὀξυκέρως (θήρ *B.* 445) καλλικέρως (βοῦς *Γ.* 165) λινοπτέρυξ (= λινόπτερος, λινοπτερύγων νηῶν *A.* 121. *Δ.* 61). — καναχήπους (καναχήποδος ἵππου *B.* 431) h. e. sonipes nusquam alibi habet locum nisi ap. Plut. mor. p. 154 *A*, ubi nonnulli Hesiodi versus in medium proferuntur. — Adiectiva in — μων exeuntia βαθυτέρμων et πτεροείμων apud alios epicos desiderantur. Restat ut paucis disseramus de adiectivis αὐτόλυτος et περιγλώχιν. Legimus enim in omnibus codicibus *Δ.* 357 αὐτολύγοις σὺν ἐΰρίνεσσι κύνεσσι. Sed cum αὐτόλυγος vocabulum sit, quod non solum in lexicis prorsus desideratur, verum etiam omnino significationis est incertae, Schneiderus anal. crit. p. 49 ex Hesychii loco, quo vocabulum αὐτόλυσις ita exponitur: δέμα ἐφ' ᾧ ἀγκύλη ἐφῆπται, καὶ οὐχ ἅμα γέγονεν pro αὐτολύγοις legendum esse αὐτολύτοις recte coniecit. *B.* 166 homines nonnulli docti pro περιγλώχινες voluerunt πυριγλώχινες, quod vocabulum etiam usurpatum est a Nonno Dion. *A.* 151. 295. Sed codices excepto uno Vaticano omnes exhibent περιγλώχιλες, quod significans „valde accuminatum" epitheton cuspidum hastarum multo aptius est quam πυριγλώχινες h. e. „cuspide igneo instructi." Quid enim, si lectionem πυριγλώχινες servamus, fit vocabulo ἀκωκαί (cuspides)? Itaque recte Schneiderum codicum scripturam servasse censeo. — Satis mirifice conformata est a forma masculini generis νυκτιπλανής, id quod non est diversum a νυκτίπλανος, Luc. Alex. 54. forma feminini νυκτιπλανῆτις (νυκτιπλανῆτιν ἰοῦσαν *Γ.* 268), quam formam pro vulgato νυκ-

τιπλανῇ τελέθουσαν e cod. Reg. recte restituit Schneiderus.

Iam hinc transeamus ad adiectiva, quae cadunt in syllabam — ῆς. εὐπλανής (Δ. 365 εὐπλανέος στιβίης) tribuimus inventori Oppiano. εὐκερδής (Δ. 37 στιβίης εὐκερδέος ἔργα) apud alios epicos non reperitur. Pro usitatissimo ἐρυθρός Oppianus Aratum secutus sibi sumpsit ἐρευθής (Γ. 94); eodem modo pro νωθρός extat νωθής (Δ. 439. 474) quod in oratione pedestre occurrit Strab. XVI p. 799. Aretae. p. 39. πρυλέες apud Homerum significat „equites" (Il. Δ. 49. cf. Schol. Il. M. 77) πρυλέες· πεζοὶ ὁπλῖται. ἀπὸ τῆς πορείας. τουτέστι πορείᾳ χρώμενοι. Hesych. Hermannus aliam explicationem tentavit op. IV, 288. Apud nostrum πρυλέες extat significatione „conferti." A verbo μειδιᾶν derivatur adiectivum ἀμειδής h. e. tristis, a verbo κάμπτειν adiectivum ἀκαμπής (B. 507) h. e. „inflexibilis," quae sibi sumpsit ex oratione pedestre. Alterum enim extat ap. Theophrastum; apud alios poetas utrumque desideratur. Eodem modo a verbo σχίζειν derivantur pro εὔσχιστος et πολύσχιστος adiectiva εὐσχιδής (ἐϋσχιδέων κεράων B. 211) et πολυσχιδής (πολυσχιδέος ποταμοῖο B. 85). Alterum occurrit etiam ap. Jul. Aeg. in Anthol. Pal. VI, 68, 4; alterum primum usurpatur ab Aristot. h. a. 2, 1. p. 25, 20. 29, 14. Bekker ed. min. et saepius a scriptoribus orationis pedestris temporis serioris; ante Oppianum utrumque vocabulum non videtur esse receptum in poesin. — Vocabulo invento ab Arato πυριλαμπής (1040) etiam noster usus est Γ. 72. Δ. 118. 129. Plane ad regulam est compositum κεραaλκής (B. 103); primum legitur apud Oppianum. Fluctuant codices et etiamsi nonnulli malunt κεραελκέες h. e. cornibus trahentes, ut est ap. Call. hymn. in Dian. 179, tamen est probanda codicis Regii lectio κεραaλκέες h. e. „cornibus robustis instructi," quod epitheton bovum illo

loco sensum habet aptissimum. — νεοθηλής diversis notionibus noster usurpavit. *B.* 357 non differt ab adiectivo νεογλαγής, „recens natus,“ „lac maternum sugens“ (cf. *Γ.* 491 νεοθηλέα κοῦρον); *Δ.* 487 attributum est vocis μαζός (νεοθηλέας μαζούς) significationem habet „lac recens praebens.“ Iamiam apud Hesychium fluctuant interpretationes. Interpretatur enim νεωστὶ θάλλουσα, νεωστὶ ἀνθῶν, νεόβλαστον, νεόφυτον, νεωστὶ βλαστήσασα. Pro δυσάντητος formam non dubitavit sibi sumere δυσαντής (*B.* 360. *Γ.* 262. *Δ.* 432); significat autem hoc adiectivum, quod commune habet cum Nonno, infaustum. Pro adiectivo apud Homerum usitato νηπενθής (φάρμακον νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων Od. *Δ.* 221) apud Oppianum invenimus νηπαθής (νηπαθὲς ὕδωρ *B.* 417) neque ab aliis epicis usurpatum neque ex oratione pedestri receptum. cf. Lobeck. Phryn. 710. Pertinet huc etiam παντερπής (*Γ.* 149) quod noster sibi sumpsisse videtur e poet. ap. Plut. mor. p. 1104 E. Praeterea non extat nisi ap. Tzetz. Hom. 208. Raro usurpata sunt adiectiva λιθοεργός et πολύαγρος (Diosc. Anth. Pal. VI, 126, 3). Pro his Oppianus utitur formis λιθοεργής (*Γ.* 222) et πολυαγρής (*Δ.* 88). Similium formarum mentionem fecit Lobeck. Path. I p. 423. Porro hic locum habeat adiectivum βαρυαής, quod etiam extat ap. Nic. ther. 43, ubi notionem habet „olens;“ ab Oppiano usurpatum est epitheton substantivi ὕπνος (*Γ.* 421 αὐτὰρ ὅγ' ἐξ ὕπνου βαρυαέος ἔγρετο δειλός). δυσαής Oppiano (*Γ.* 114) apud quem est attributum phocae (φωκὴ δυσαὴς phoca olida) commune est cum Homero, ubi epitheton venti (Od. *N.* 99). cf. δυσαέος· χαλεπῶς πνέοντος Hesych. Notissimum est ex Homero epitheton Gorgonis βλοσυρῶπις, cuius forma masculina βλοσυρώπης (βλοσυρώπεε μόσχω *A.* 144) alibi innotescit. Alii eius loco sibi sumpserunt formam βλοσυρωπός (Anthol. Pal. V, 299. Dion. Perieg.

123). μολιβοσφιγγής (μολιβοσφιγγέας κορώνας *Α*. 155) h. e. plumbo praefixus sine dubio debemus inventori Oppiano. — Epitheton Veneris σθενοβλαβής (*B*. 82) alibi est ignotum.

Adverbia. Priusquam verba facimus de iis adverbiis, quae conformantur themati additis syllabis — θεν, — θι, — δον, — δην, enumerare liceat pauca, quae ab usu aliorum epicorum non aliena, apud Oppianum singulari notione usurpata reperiuntur. Atque primum quidem locum obtineat adverbium θηθάκις; hoc enim adverbium, quod neque apud Homerum neque apud Hesiodum legitur, apud Oppianum eadem extat significatione, qua πολλάκις, septem locis (*Α*. 27. 84. 106. 328. *Γ*. 336. 359. *Δ*. 418). Imitatus est Nicandrum, alex. 215. 318, qui primus inter epicos hoc sibi indulsit. cf. Lehrs, quaest. ep. p. 320. Notum est ex Homero ὦκα, quod plurimis locis pro ταχέως, paucis apposito adverbio ἔπειτα eadem significatione usurpatur, qua αὐτίκα (Il. *Σ*. 527. *Ψ*. 375. 758. Od. *P*. 329); noster (*Α*. 428) ὦκα sibi sumpsit eadem significatione, qua apud alios extat ῥεῖα s. ῥᾳδίως. — πάλιν, quod ut apud alios etiam apud Oppianum promiscue usurpatur cum πάλι, ἔμπαλι, ἔμπαλιν, notionem habet „item" *B*. 180. Huc statim subiungam adverbium τόσον, quod praeter nostrum (*B*. 183 καὶ κωφαὶ κεράων αἰχμαὶ τόσον ἀντέλλουσιν) nusquam eadem significatione legitur, qua apud Latinos „tantum, nur." Neutra adiectivorum, quae adverbiorum loco extant, sunt haec: πανάργια (*B*. 45) λαιψηρά (*B*. 204) ἐχθρά (*B*. 266) ἀπηλεγές (*B*. 510) νεοτερπές (*B*. 584) ἄλκιμον (*Γ*. 76) ἀνωφερές (*B*. 498). De forma λιγῆια, cum Lobeck. Prol. Path. p. 474 accuratissime verba fecerit, supervacaneum est plura afferre.

Transeamus ad adverbia, quae exeunt in syllabam — δον. κλιδόν non solum apud alios obmutescit, verum etiam in lexicis prorsus desideratur. παραιπαδόν, quod

e falsa lectione παραίβατον recte cum Rittershusio mutavit Schneiderus, neque apud alios extat, neque, ut apud Oppianum (*A*. 483 παραιβαδὸν ἀτραπιτοῖο) addito genetivo casu tamquam praepositio usurpatur. Quod autem alii voluerunt, παραὶ πάτρν, non commendabile videtur, quippe, quum πάτος et ἀτραπιτός (πάτος ἡ πεπατημένη ὁδός. ἀτραπός ὁδὸς τετριμμένη Hesych.) fere eiusdem significationis sint vocabula, alterum est plane supervacaneum. — μετωπαδόν, quod epici poetae superioris temporis denegarunt, Oppianus sumpsisse videtur a Nonno. Dion. V. 65. — ὁμιλαδόν ap. Homerum significationem habet „turmatim"; apud nostrum (*B*. 199. ·θηλυτέρῃς ἐλάφοισιν ὁμιλαδὸν εὐνάζονται) extat tamquam praepositio addito tertio casu significatione „una cum" περιστανδόν, quod etiam apud Homerum legitur, ap. Oppianum (*B*. 259 ἄψεα πάντ' ἐλάφοιο περισταδὸν ἀμφιχυθέντες) inusitatum habet significatum „undique, usquequaque. καυληδὸν (*B*. 511) apud epicos superiores inusitatissimum explicatur a Foesio in Oecon. Hippocr. sic: hoc est caulis in morem fractura facta dicitur, cum os per transversum fractum est eiusque partes a se invicem recedunt, ut scrib. Galen. cap. 5. lib. 6. Meth. Med. Idem comm. 2 in lib. de art. p. 603, 37 ὅταν τοῦ καταγέντος ὀστοῦ μηδὲν ἀπαθὲς ὑπολείπηται διαλυθέντων ἀπ' ἀλλήλων τῶν μερῶν ὡς κατὰ μηδὲν τοῦτο συνέχεσθαι· τὸ εἶδος τοῦ καιάγματος οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσι καυληδὸν ἐπειδὴ καὶ Ἱπποκράτης εἶπε, ἐὰν γένυς μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασι. — κεφαληδόν (*Γ*. 437) alibi nusquam reperitur, quamquam non aliter est conformatum ac adverbia σφαιρηδόν (*Γ*. 387) et κλαγγηδόν (*Δ*. 405). — Conformatum est a verbo ἀναβαίνω adverbium inusitatissimum ἀμβαδόν (*Γ*. 500), quod neque apud alios legitur et desideratur in lexicis. Exhibent codd. Regius et Venetus et editi libri ἀμβαδός, quam lectionem servandam esse

putabat Belinus; sed ita non ἀμβαδός sed ἀμβατός scribendum esse oportere recte statuit Schneiderus. Alii pro ἀμβαδόν usurpant ἀναβάδην. Eodem modo pro μονάδην Oppianus formam sibi indulsit inusitatissimam μουναδόν, quae praeterea non extat nisi hal. *Α*. 444 ὑποκλαδόν adverbium formatum a verbo ὑποκλάζω (*Δ*. 205) difficile apud alium poetam reperias; denotat autem „succiduo poplite.“ Extremum locum habeat διακριδόν, quod significatione „seorsum“ etiam apud Homerum occurrit; prorsus autem ab usu aliorum recedit forma διακριδά (*Β*. 496 σήματα δ' οὖν ἀρίδηλα διακριδὰ τεκμήρασθαι).

Insequantur adverbia, quae terminantur suffixo — θεν. De usu fluctuante ν paragogici apud adverbia in — θεν exeuntia diserte egit Lobeck. Path. II. p. 149. Cuius mentio fiat dignum videtur ἰξυόθεν; libri scripti exhibent formam ἰξυόφιν; sed cum permultis locis Oppianum Arati vestigia pressisse viderimus, Schneiderus optimo iure ex Arati 144 εἷς μὲν ἐπ' ὠμαίῳ, εἷς δ' ἰξυόθεν κατιόντα ν formam ἰξυόθεν restituit consentiente Brunckio. Adverbii ἀντολίηθεν iam supra mentionem fecimus. His addatur διχόθεν; non legitur nisi apud poetas Atticos, Aesch. Pers. 46. Aristoph. Pax 477 et scriptores orationis pedestris. Thuc. II, 44; ubi significat „duabus de causis.“ Simili modo usurpatum est ap. nostrum, qui genera animalium ex duobus confusa dicit διχόθεν κεκερασμένα φῦλα. — His addamus adverbium in — θι desinens πρόπροθι (*Α*. 530) quod et ante nostrum nusquam reperitur, et desideratur in lexicis. Invenitur autem in Thel. Steph.

In novissima acie collocabo adverbium, quod terminatur suffixo — δην, ἐπικλήδην. Significationem habet eandem, quam ἐπίκλην neque aliter est conformatum atque adverbium ὀνομακλήδην.

Restat ut disseramus **de Verbis.** Homerum secutus,

apud quem occurrit forma προπροκυλίνδομαι et Apoll. Rhod., qui habet formam προπροβιάζομαι, Oppianus formavit verbum προπροκαλύπτεσθαι (Δ. 304) h. e. sedulo tegere. Sed priusquam verba composita ab usu aliorum aliena enumeramus, initium faciamus a simplicibus. Pro βλύω (Ap. Rhod. Γ. 223) apud Oppianum extat forma rarius usitata βλύζω, quae praeterea locum habet in Anthol. VII, 27. Α. 507 occurrit forma activa inusitatissima κνυζεῖ h. e. gannit. Verbum κνυζεῖν prorsus desideratur in lexicis et quae Hesychius habet κνυζε(ῖ)σθαι· μοχθεῖν. κλαίειν. ἀφανίζεσθαι non prorsus conveniunt nostro loco. (Vid. Meinecke, Callim. p. 130 ubi e Pollucis onomast. E. 64 p. 206. Bekk. enotatum est in capite de canibus κνυζούσας. Idem κνυζείω offert pro κνυζέω dictum e Theocr. Id. II, 108 et Callim. h. in Jov. 53. 54 e coniect.) Nusquam ap. poetam superioris temporis occurrit verbum γαληνιάω (Α. 115) et recte Schneiderus, an. al. crit. p. 84 contendit in solis tantum ultimorum Graeciae temporis auctoribus illud inveniri. Frequentissime extat apud scriptores mediae aetatis, ut in carminibus, quae adscribuntur Gregorio Nazianzeno, Carm. XVII, 17. p. 114 ed Dronk. εἰ δὲ κενοὺς δρόων τι γαληνιόωντας ὁδοῖο σταίην. Carm. LVIII, 52 p. 4 ed. Dronk. εἰμὶ γαληνιόων τε καὶ εὔδιο) et ap. Ioannem Gazaeum in poemate ἔκφρασις τοῦ κοσμικοῦ πίνακος vulgato a Jano Rutgersio, var. lectt. I p. 98. γαληνιόωντες ἀῆται. Semel hoc verbum legitur ap. Orpheum vel auctorem hymnorum, qui nomine Orphei feruntur (hymn. XXI, 5 εὐδείνοις ἁπαλοῖσι γαληνιόωσα δρομοῖσι), sed cum illorum hymnorum antiqui non iam sint servati, alii difficile ante tempus quod dicitur byzantinum sint compositi, quod luculentissime demonstravit Lobeck, Aglaoph., vis sententiae Schneideri minime minuitur. — ἀείρεσθαι medium, cuius significatio propria est „sibi in altum elevare," apud Oppianum

vim habet incipiendi aut excitandi (*B.* 62 δῆριν ἀείρεσθαι). Idem est apud Theogn. V, 90 νεῖκος ἀείρεσθαι. ἀμαλδύνειν apud Homerum comparet in formula τεῖχος ἀμαλδύνειν h. e. murum diruere, solo aequare. Il. H. 463. *M*. 18. 32; apud Apoll. Rhod. (*Δ*. 112) usurpatur de vestigiis orientis solis radiis deletis. De animalium odore extat ap. Oppianum (*Δ*. 463 ὀδμὴν πρεσβεύτειραν ἀμαλδύνουσιν ἄρουραι). Similiter usurpatum est a Nonno XXXIX, 47. Satis notae sunt ex Homero formulae λέχος πορσύνειν (Il. *Γ*. 411) et λέχος καὶ εὐνὴν πορσύνειν (Od. *Γ*. 403. *H*. 347); significant coniugum concubitus honestos. Modo prorsus novo formulam illam λέχος πορσύνειν adhibuit noster (*Δ*. 376 εἴαρι μὲν πρώτιστα λέχος πόρσυνε κύνεσσιν). τονθρύζειν, quod verbum multis locis ap. Aristophanem (Arch. 683. Ran. 747. Vesp. 614) de humana voce est dictum, primum ad animalium sonum est traductum ab Oppiano (*B*. 541 ἐλέφαντες ἐπ' ἀλλήλοις λαλέουσι φθογγὴν — τονθρύζοντες. *Γ*. 169. — μελίζειν (*Γ*. 159 μεμελισμένα τέκνα) quod prorsus fugit usum poetarum, ap. Dionys. Halic. antiqu. VII, 72 est „secare, dissecare;“ apud Oppianum significat „membra singula formare.“ Activum στεφανοῦν apud Atticos demum scriptores orationis et solutae et numeris adstrictae invaluisse lexica testantur (cf. Steph. thes. gr. ling. VI, 6733 d sq.), in epicorum autem monumentis rarum est et insolitum. Ac si quando obvenit, vel proprie vel translate dicitur. Significat ergo et coronam alicui imponere et honore aliquem afficere sive ornare. Apud Oppianum autem *Δ*. 90 cum quarto casu coniunctum notat circumducere; scribit enim: ἔκτοθε δ' αὖ βόθροιο περίτροχον ἐστεφάνωσαν αἱμασιήν. vid. Spitzner, exc. XXVIII. — Pro λιτανεύειν sive λιταίνειν extat λιτάζεσθαι (*B*. 373); etiam hoc verbum, quod alii prorsus neglexerunt, imitatus est Greg. Nazianz. in anth. VIII, 192. Eodem modo conformatum reperitur

pro λιχμᾶν (λιχμῶσι Γ. 168) λιχμάζεσθαι (B. 389. 483); activam formam λιχμάζων sibi sumpserunt Nic. ther. 229. Nonn. Dion. XXXX, III; quin etiam forma inusitatissima λιχμαίνειν (Γ. 174 χεῖρας λιχμαίνει) ab Oppiano non est vitata. — Eadem ratione verbi τυπόω loco Oppianus usurpavit formam τυπάζειν (Α. 457) quae nusquam locum habet nisi Schol. Lyc. 262; denotat „formare, conformare.“ Alia significatio ante oculos observata esse videtur Hesychio; interpretatur enim τυπάζειν· κόπτειν. Verbum ὀκλάζειν, quod superioribus poetis epicis est alienum, non ante Oppianum e sermone poetarum Atticorum (Soph. Oed. Col. 296) et scriptorum orationis pedestris (Xen. Anab. V, 9, 10) in elocutionem epicorum receptum esse videtur. — Ab usu aliorum epicorum abhorret φριμᾶν (Α. 491) pro φριμάσσεσθαι; neque ante nostrum neque postea usquam habet locum. De ὑλάω (Α. 449) pro ὑλακτέω disputavit Lobeck. Technol. p. 175; pro his verbis, quae etiam apud Homerum occurrunt, Oppianus non recusavit formam inusitatissimam ὑλακάω (Γ. 281). Eodem modo Lobeck, Technol. p. 175 disputavit de verbo σταλάω (Δ. 300) pro στάζω sive σταλάζω, quod noster sibi sumpsit ab Arato 962. — ἐνδιάω (Γ. 315) apud alios significat „sub divo versari, sub divo pascere,“ apud Oppianum denotat „habitare“. Quibus transactis transimus ad verba composita. — ἐπαρτύνειν (B. 443 ἐπαρτυνέουσιν ὄλεθρον) h. e. alicui aliquid parare apud alium difficile invenias. Media forma ἐπαρτύνεσθαι legitur h. Hom. Cer. 128. Sed simplex ἀρτύνειν, quod non diversum est ab ἀρτύειν, notissimum est ex Homero. — Quod quartus casus, non tertius regitur a verbo ὀχμάζειν et quod aptius convenit αἰχμάζειν furioso apro libidine in femininam irruenti, emendationem Brunckii ἐπαιχμάζουσι recepit Schneiderus, anal. p. 39. Utrumque verbum rarissime a poetis est adhibitum. Compositum ἀνακαχλά-

ζειν (*A*. 275) debemus Oppiano inventori. ἀποσταλάω (*Γ*. 370. *Δ*. 198) et ἀνασταλάω (*Δ*. 324) apud unum Oppianum reperiuntur. — ὑποστίλβειν (*A*. 421) et ἐκθλίβειν sunt verba orationis solutae; comparent apud Xenophontem et Aristotelem; a poetis non sunt adhibita ante tempus Alexandrinum. Verba ἀμφαλάσσειν (*Γ*. 13) ἀμφαλάλημαι (*Γ*. 423) λινοστατεῖν (*Δ*. 64) ὑποσαίρειν (*B*. 243. *Γ*. 432) ποδηγετέω (*Δ*. 360) vix ante Oppianum a poetis sunt usurpata. Verba ἑτεροκλονέω et μεθυσφαλέω (*Δ*. 204) alibi desiderantur. — μηλοβατέω (*A*. 388) σταχυηκομέω (*B*. 150) φυτηκομέω (*Δ*. 254) rarius comparent apud poetas.

Denique commemoranda sunt nonnulla verba. quae deflexa a genuino significatu apud solum Oppianum reperiuntur. ἐφιππεύειν (*A*. 390) apud Diodorum Sic. XVII. 19 notionem habet „adequitare“, ap. nostrum de coitu animalium dicitur significatione „salire, inire, inequitare“. θαλαμηπολέω ap. Schol. Lycophr. 132 est „negotia τοῦ θαλαμηπόλου administrare“; apud Oppianum (*A*. 393. Ἔθνεα σοὶ δὲ κυνῶν θαλαμηπολέοντι μελέσθω) coniugium parandi vim attributam esse videmus. In extremo collocabo verbum βοηλατέω (*Δ*. 64) h. e. clamare, feras cum clamore insequi. Haec est significatio verbi βοηλατέω infimae graecitatis; apud veteres est „boves duces, abducere“.

III.

De syntaxi.

In hoc capite potissimum est agendum de usu casuum; sed priusquam ad hos tractandos transimus, alia liceat paucis exponere. Ante omnia est commemorandum Op-

pianum permultis locis pro plurali usum esse duali et nominum et verborum (cf. Lehrs, quaest. ep. p. 319); quin etiam cum substantivo numeri pluralis coniunxit adiectivum numeri dualis (*B.* 165. *μεδέοντε λέοντες*) cf. Aug. Bieber, de duali numero ap. epicos. Jen. 1864. 8. p. 45. al. Praecedenti substantivo numeri pluralis saepe respondet verbum numeri dualis (*A.* 81. *αἰζηοὶ μή μοι μάλα πίονες ἔστων*); haud alia ratione vice versa nonnunquam a numero duali transit ad pluralem (*A.* 72. *θηρητῆρε λύκους ὄλεσαν*); propterea mirum videtur, quod apud numeralia *δύω* et *δοιοί* nunquam habet dualem, sed aut pluralem, aut, si forma est neutrius generis, singularem. Grammatici docent pluralem generis neutrius coniungi cum verbo numeri singularis. Iamiam Homerum ab illa regula aberrasse, multa docent exempla. Si apud Oppianum legimus *ἴχνη μέλεται* (*A.* 102). *ἔχει ἄσπετα δεσμά* (*B.* 33) *λείψανα ἐξέπεσε* (*B.* 289) *πέλει πανάγρια φῦλα* (*B.* 326) *μυρία τεύχεται ἔργα* (*B.* 512) *προσώπατα φαιδρὰ πέλει* (*Γ.* 92) alia et *τὰ φύονται* (*B.* 569) *εἴδεα δαιδάλλονται* (*Γ.* 66) *προσώπατα τρηχύνονται* (*Γ.* 220) facile inde capere possumus coniecturam Oppianum semper ea usum esse forma, quae petatur metri necessitate. Singulare verbum relatum ad nomen masculini generis pluralis extat *A.* 445. *νηπιάχοισι σκυλάκεσσι ούνόματα βαιὰ τίθει, θοὴν ἵνα βάξιν ἀκούῃ.* Displicet *θῆλυς-ἀνηναμένη* neque alibi simile exemplum reperitur nisi in primo halieuticorum 542. — Atque ut etiam pauca afferamus de ellipsi, ad *ἑσπερίῃσιν* (*A.* 138) supplendum esse vocabulum *ὥρῃσιν* et ad *λαρὸν πιόμενος* (*Δ.* 84) substantivum *ὕδωρ* apparet. Quamquam non est inusitatum apud Graecos poetas duo epitheta uni substantivo adiungere sine copula (cf. Bernh. Gieseke, homerische Forschungen Lpz. 1864. p. 39. 599. Nr. 50—55) nusquam tamen talia invenias exempla, qualia apud Oppianum saepissime occurrunt. Ille enim

non modo duo adiectiva coniunxit cum uno substantivo omissa particula (*A*. 207. 294) sed etiam tria (*A*. 408 *ὀρθοτενεῖς κώλων ταναοὶ δολιχήρεες ἱστοί*. *B*. 269. 270) et quattuor (*A*. 473 *γυρὸν, ἀσαρκότατον, λασιότριχον, ὄμμασι νωθές*). Apud Latinos saepius eiusmodi asyndeta occurrunt, nunquam apud Graecos. — Denique est commemorandum, unum apud Oppianum extare exemplum, ubi apodosis a pronomine demonstrativo *τῷ* (*B*. 256) addita particula *δὲ* incipitur; saepius hoc genere apodoseos usus est halienticorum scriptor. cf. Lehrs, quaest. ep. p. 319.

Sed transeamus ad casus.

Ad temporis significationem plerumque dativum vel dativum addita praepositione *ἐν* vel genetivum usurpari, notum est e carminibus Homeri. Cuius genetivi etiam apud Oppianum extant nonnulla exempla (*B*. 35. *Δ*. 437). Genetivi causae qui dicitur duo habemus exempla (*B*. 229. *πανάποτμος ἀωροτάτοιο λοχείης*. *B*. 230 *πάνδειλον ἀλιτροτάτοιο τοκῆος*). Permulta huius genetivi exempla reperiuntur in halieuticis.

δαιόμενος apud Homerum fere semper adiuncta habet nomina *πῦρ, φλόξ, σέλας* alia; apud nostrum significatione tralata occurit in locutione *δαιόμενος νύμφης κυανώπιδος ὠκεανίνης* (*B*. 118). *λιλαιόμενος* participium apud Homerum extat adiuncto infinitivo (*λιλαιομένη πόσιν εἶναι* Od. *I*, 32); nusquam autem, ut apud Oppianum (*A*. 163 *λιλαιόμενος φιλότητος*) reperitur cum casu rei, cuius quis est cupidus. — Verbum *ἐπαντέλλειν* partim coniungitur cum solo genetivo (*B*. 563 *ἔκ τε μέσου κέρας αἰνὸν ἐπαντέλλουσι μετώπου*) partim cum genetivo addita praepositione *ἐκ* (*B*. 97 *ἐπαντέλλουσι δὲ γαίης*). Satis notum est homericum *θέει κροαίνων πεδίοιο*, ubi genitivus *πεδίοιο* pendens est cogitandus non a participio *κροαίνων*, sed a verbo finito *θέει*, namque *κροαίνειν* verbum apud Homerum aliosque epicos regit non

secundum casum, sed quartum. Unus Oppianus cum verbo *κροαίνειν* coniunctum habet casum genetivum (*Α*. 279 *ὠκυτέροισι πόδεσσι κροαίνοντες πεδίοιο*).

Apud Homerum saepissime ad loci significationem dativum usurpari sine praepositione *ἐν*, satis constat; apud Oppianum multa eiusmodi exempla occurrunt; e. g. *Α*. 196. *καππαδόκεσσι ὠκυπόδεσσι*. *Α*. 206. *μάχαισιν*. *Α*. 225. *πολέμοισι*. *Β*. 35. *σπήλυγγι*. *Β*. 68. *οἴδματι*. *Β*. 307. *νάπαισι*. *Δ*. 17. *ξυλόχοισιν*. Sed ad loci significationem dativum usurpari omissa praepositione *ὑπὸ*, quod sibi indulsit Oppianus (*Γ*. 90 *ἶσαι μὲν βλεφάροισιν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀμαρυγαὶ ἱμερόεν στράπτουσι*) nullo apud alios scriptores firmari potest exemplo.

In comparationibus aut particula *ἢ* cum nominativo et accusativo, aut omissa illa particula genetivus usurpatur. Prorsus ab hac regula unum apud Oppianum recedit exemplum (*Γ*. 303 *πάντες θοώτεροι ὦκα λύκοισι*). Eodem modo offensionem habet genetivus apud superlativum (*Γ*. 112 *κρατερώτατον ἄλλων*. *Γ*. 317 *λύκου προφερέστατος αἰπύτατος θήρ*) ubi expectamus comparativum. — Legimus *Γ*. 393 *τῶν ἤτοι μέγεθος μὲν ὁποῖα λύκοισι δαφοινοῖς*; duae videntur commixtae esse constructiones; nam aut erat scribendum *τοῖς μέγεθος λύκοισι δαφοινοῖς* aut *τῶν μέγεθος ὁποῖα λύκων δαφοινῶν*. Usitatissimus est apud poetas epicos accusativus ad significationem qualitatis; in mentem revocasse satis habeo exemplum homericnm *θεῷ ἐπιείκελος ὤμους*; etiamsi Oppianus multis locis hac usus est constructione, tamen non denegavit pro accusativo dativum, cuius rei clarissimum extat exemplum *Γ*. 326—328 (*ἄκμονες αὖ δοιοὶ, φόνιον γένος, αὐχένα βαιοὶ, εὐρύτατος νώτοισιν, ἀτὰρ λασιότριχα μηροὺς καὶ πόδας ἠδὲ πρόσωπον ὀλίζονες, ὄμμασι βαιούς*) ubi dativus et accusativus promiscue usurpantur. — Adiectivum *πανέξοχος*, quod apud alios coniungitur aut cum genetivo (Maneth.

2, 30. πανέξοχος πάντων) aut cum dativo et praepositione ἐν (Γ. 343 ἐν θήρεσσι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο τίγρις. 364 μέγ' ἔξοχος ἐν θήρεσσιν) apud nostrum semel coniunctum est cum solo dativo (Γ. 316 θήρεσσι πανέξοχος). Adiectivum περιπληθής coniunxit cum dativo (Β. 267 περιπληθής ὀδυνῇσι); eodem modo cum dativo coniunctum est verbum περιπλήθειν (hal. Ε. 591. σαρκὶ περιπλήθειν); apud alios vocabulum illud legitur cum genetivo coniunctum.

κοιρανεῖν verbum ap. Homerum prorsus fugit casum; cf. Jo. Ernst Ellendt, homer. Abhandl. p. 39. Oppianus id sibi sumpsit, ut κοιρανεῖν analogiam verborum κρατεῖν, ἀνάσσειν secutus, quae postulant aut secundum casum aut tertium coniungeret cum dativo (Γ. 17 δώροισιν μετόπισθε Διὸς κοιρανέουσιν θηρσὶν ὀρειαύλοις). ἀϋτέω, quod ubique regit quartum casum, ap. Oppianum (Δ. 219) coniunctum est cum tertio. — μέλειν h. e. curare coniunctum cum dativo Homero, Hesiodo, aliis epicis superioris temporis prorsus est ignotum; non legitur illa constructio nisi apud poetas epicos inferioris temporis (Γ. 49 τὸ μὲν μέλει δόρποισι, τὸ δὲ πόνοισιν) et ap. lyricos (Pind. fr. 120 Bergk. εὐθυμίᾳ μέλων εἴην) cf. Dorv. Charit. p. 555.

Restat, ut pauca addamus de accusativo. — Accusativus tempus designans, qui non inusitatus est apud poetas Alexandrinos, etiam apud nostrum exemplo firmatur (Α. 110. ἀλλοίην ὥρην). — ἀθύρειν verbum ap. Homerum (Il. Π. 364) est ludere, lusu gaudere. Quamquam etiam apud Homerum verbum hoc usurpatum reperimus tertio casu coniunctum, tamen non ante Apollon. Rhod. (Γ. 949) legitur cum accusativo μολπὴν ἀθύρειν. Etiam audacius occurrit ap. Pind. Nem. III, 78. μεγάλα ἔργα ἀθύρειν et ap. Oppianum Β. 410 πόσα, δαῖμον, ἀθύρεις. — δοκεύειν verba h. e. observare, dispicere apud Homerum interdum extat adiuncto casu (Il. Σ. 188

Ὠρίωνα δοκεύει. Od. *E*. 274); nunquam participium δεδοκημένος, observans, dispiciens coniunxit cum nomine rei, quae observatur. Hoc autem sibi sumpsit Oppianus (*A*. 517. ὅστε νομῆα ὑπνώοντα πέλας δεδοκημένος ἕρπει). Omnia alia, quae huc pertinent, iam reperiuntur apud Homerum; itaque statim pergamus ad

Praepositiones. Etiam de usu praepositionum non multa habeo, quae in medium proferam; omnibus enim fere in rebus vestigia sequitur Oppianus Homeri aliorumquo epicorum. Quod attinet ad praepositionum collocationem Oppianus praepositionem ad duo substantiva pertinentem adamat non coniungere cum priore vocabulo sed cum altero; *A*. 163 αὐχέσι παλέοισι καί ἀμφ' ἀταλοῖσι γενείοις. *Δ*. 336. οὔτε λίθων οὔτ' ἠϋκόμων ἀπὸ δένδρων. Saepissime huius collocationis exempla occurrunt in halienticis, duo apud Aratum (75 κεφαλῇ γὲ μὲν ἄκρῃ σκέπτεο πὰρ κεφαλὴν ὀφιούχεον et 85 ὀχθαλμῷ τε καὶ ἐν θώρηκι) unum apud Homerum Od. *M*. 27 ἢ ἁλὸς ἢ ἐπὶ γῆς. cf. Krüger, gr. gr. II. 68. 9 not. — Pro dativo instrumenti occurrit praepositio διὰ cum accusativo (*B*. 263. διὰ στόμα); eodem modo *B*. 440 ἐν ὀφθαλμοῖσιν, *Δ*. 176 ἐν ὀνύχεσσι extat pro solo dativo. (De praepositione ἐν redundante M. Schmidt, Tryphon. p. 3 adnot. „Hemsterh. Lucian dial. sel. p. 21. Matth. gr. gr. 2, § 396 n. 2.“ Jacobs, Anthol. III. p. 157 ed Lips. Gregor. Naz. epigr. I. ap. Murator. Anecd. gr. p. 1) neque differt *B*. 417 ὑπὸ στόμα a dativo στόματι. — Νόσφι et ἐξέτι, quae post Homerum non iam usurpatae sunt tamquam praepositiones, apud Oppianum multis locis coniunctae sunt cum genetivo (*Δ*. 447. *Γ*. 67. 153. 485. cf. Lobeck. Phryn. p. 48. Paral. p. 359. sqq. not. Spitzner Il. I. 106. Et νόσφι non solum usurpatum esse pro praepositione χωρίς, verum etiam pro ἄνευ docet *Γ*. 521. ἄλλο δ'ἔσωθεν || νόσφι τριχὸς φορέει. *Δ*. 53. πίσυνοί τ' ἐλάωσιν ἵπποις ἠελίου τε-

βολῇ, καὶ νόσφιν ἀρωγῶν. — Pro *ἐν* legitur *Γ*. 73 *περὶ* et *Γ*. 177 *παρά*. — *ὑπὸ* cum dativo non solum significat prope, iuxta, verum etiam ad significationem temporis idem est (*A*. 135) quod apud Latinos „sub". — Novissimum locum habeat vocabulum *ἄγχι*, quod pro praepositione usurpatum est ab Homero, aliis. Coniungitur ut apud Homerum sic apud Oppianum cum genetivo et dativo; sed Homerus hanc sibi imposuit legem, ut genetivum semper post praepositionem *ἄγχι*, dativum ante illam collocaret; hanc regulam Oppianus non observavit.

Articulis ut apud alios epicos sic etiam apud Oppianum et significatione demonstrativa et notione relativa saepissime extat.

Pro genetivo substantivorum multis locis Oppianus sibi sumpsit adiectiva attributiva. *B*. 394 *ἀλλοδαποὶ πόθοι*. *B*. 399 *ὁμόγνια φίλτρα*. *Γ*. 255 *χαίτῃ αὐχενίῃ*. *Γ*. 256 *βροτείῃ δουλοσύνῃ*, quam dicendi rationem imitatus est Aratum 364 *ὑπαύχενον ὀρνίθειον*.

Satis notus est usus poetarum, ut cum adiectivo coniungant infinitivum (*θοὸς ἔσκε μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι. οἵ τοι ἐλαφρότατοι θείειν καὶ κάρτος ἄριστος*) cf. Krüger, gr. gr. II. 1. 55. n. 4. Illum usum secutus Oppianus cum infinitivo coniunxit adiectivum *ἐσθλός* (*A*. 297. *ἐσθλὸς δ' ἠελίου φορέειν πυρόεσσαν ἐνιπήν*). Apud Homerum haec coniunctio prorsus desideratur. *Δ*. 147. 148 scripsit: *ἔστι δέ τις θήρης τρίτατος νόμος Αἰθιοπήων ἀκάματος, μέγα θαῦμα τὸ δ' ἀνέρες ἀλκήεντες τελέουσι*. Refertur *τὸ δ'* ad vocabulum *θαῦμα*, cum referri deberet ad *νόμος θήρης* et legi *τόν δ'*. cf. Od. *M*. 74 *νεφέλη. τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ*.

Extremum huius capitis locum obtineant **particulae**. De collocatione particularum *τε*, *δὲ*, *γάρ* cf. Lehrs, quaest. ep. p. 319. 320. Hermann, Orph. p. 815. 826. — *ἄτε* particula apud Homerum est aptata ad solum nomen, inserta mediae enunciationi, ut alias *ὥστε* (Il X. 227. *οὐ*

μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης τῷ ὀαριζέμεναι, ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε, παρθένος ἠΐθεος τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν). Apud Apoll. Rhod. adhibita est plenae comparationi, quae expressa est duobus membris, ita ut in altero membro sequatur ὥς. Apollonium imitatus est Oppianus (*B.* 502) cf. Spitzner, exc. XXVI. p. XLV. — ὅπως ab Homoro semel est usurpatum ad comparationem ita, ut in sequentibus respondeat ὥς. Apoll. Rh. *A.* 285 ὅπως rettulit ad solum nomen eique postposuit. Idem sibi sumpsit Oppianus cf. Spitzner exc. XXVI. p. XLVI. — Particulae αὖ πάλιν coniunctae (B. 293) prorsus abhorrent ab usu Homeri, qui sibi sumpsit νῦν αὖ, δεύτερον αὖ, τὸ τρίτον αὖ· αὖ πάλιν coniunctae primum extant apud scriptores atticos (Soph. Phil. 952).

IV.

De prosodia et vocabulorum mensuris.

Caesurae post primum quarti pedis brevitatem exempla inveniuntur apud Oppianum permulta; quam caesuram etiam Homerus interdum sibi sumpsit (Il. *K.* 108. *Θ*. 163) cf. Hermann, Orph. p. 695.

Correptionis ante mutam cum liquida tot sunt apud nostrum exempla, ut omnia enumerare sit supervacaneum. Satis igitur habeo revocasse ad Lehrs, quaest. ep. p. 313. 314.

Porro secutus est Oppianus usum Homeri in productione finalium syllabarum propter caesuram. Sic *A.* 165 ante ρ literam, *A.* 173 ante ὅθι vocabulum brevem syllabam producit. Etiam producendi ratio in syllabis — ε̄ (*A.* 120) — ᾱ (*A.* 356) — ῑ (*A.* 325) — ᾱς (*Γ.*

32) apud alios epicos non obmutescit. πορφύρεᾰ excusationem habet propter longitudinem vocabuli.

Hiatus in arsi ab Oppiano est vitatus nec nisi rarissima sunt exempla. Saepius habet hiatum post ἢ in versus initio. cf. Lehrs, 94. ep. p. 318.

De versibus spondiacis cf. Lehrs, quaest. ep. p. 309—311.

Quibus peractis transgrediar ad syllabarum quantitatem. Hic ante omnia est commemorandum syllabam ultimam vocabulorum διπλά et ὀστά, quamquam est contracta ex — οᾱ et εᾱ, apud Oppianum (*B*. 449. *Δ*. 268) corripi. cf. Diog. Laert. epigr. *I*. 63. Luc. tragoedop. 167. Eodem modo vocem σφάς (*A*. 471) contractam e σφέας brevem usurpavit. cf. Spitzner, de vers. her. p. 190. In vocabulo Θρήϊκες (*A*. 371), Oppianus Apollonium Rhod. (*A*. 34) secutus syllabam mediam produxit; apud Homerum brevis usurpatur. ἀγρυπνίη apud Oppianum (*B*. 514) comparet producta syllaba penultima. ἐπιμύω (*B*. 290. *Δ*. 123. 144) antepenultimam habet productam. cf. Wernick. Tryph. p. 58, qui liquidam geminatam vult habere. — Vocabuli νηδύς satis constat in formis bisyllabis trisyllabisque υ literam semper brevem usurpari; nihilo minus autem noster in νηδύν (*Γ*. 157) secundam syllabam produxit. Imitatus esse videtur Nicandr. alex. 416. cf. Buttmann, ausf. Sprachl. I. p. 175 et Spitzner, de vers. her. p. 68. Jacobs, Anthol. Pal. p. 692. Sub ictu Oppianus longas usurpat primas syllabas vocabulorum ἀείδω (*A*. 1. 42. *B*. 363. 490. 548. *Γ*. 340. *Δ*. 4. 21. 374) ἀείρω (*A*. 177. 347. 537. *B*. 172. 216. 526. *Δ*. 211. 255. 272). Ἄρεος (*A*. 30) et secundam in vocabulo, quod recentioris est originis ὀφιόνεον (*B*. 237. *Γ*. 436). — δυσαής (*Γ*. 114) mediam syllabam habet productam.

De mensura primae syllabae vocis ἴσος Oppianus non sibi constitit. Etenim quamquam uno in loco (*A*.

49) Homerum secutus est, qui primam syllabam semper produxit, tamen aliis locis (*B*. 525. *Γ*. 471. 499. 509) poetas temporis posterioris imitatus, syllabam illam corripuit. cf. Greg. Corinth. p. 302. εὔδιος et ἐνδιάω quamquam originem trahunt a vocabulo δῖος, tamen secundam syllabam habent brevem. — Quod denique attinet ad vocabulum ἀΐω, cuius mensura plerumque est cretici (—υ—) Oppianus item atque Homerus primam syllabam usurpavit correptam, si tertia syllaba sequitur longa (*A*. 164).

Haec habui, quae disserem de elocutione Oppiani; quamquam multa alia eaque argutiora de illa re dicenda esse puto, tamen satis habeo de maiore illa parte dixisse; de aliis, si licebit, postea aliquando disseram.

VITA AUCTORIS.

Henricus Iulius Otto Schmidt natus sum Berkae ad Verram die XII. m. Octobr. anno MDCCCXLII patre Carolo Friderico Mauricio, qui rationum vectigalis publici spectatoris munere fungebatur, matre Henrietta, e gente Hunnius, quam praematura morte ereptam lugeo. In fidem addictus sum evangelicam. Literarum rudimenta prima approbavi Hohmanno, verbi divini ministro. Undecim annos natus, postquam pater traductus est Ienam, traditus sum puerorum educandorum atque erudiendorum curae, cui praeest vir illustrissimus Carolus Volkmarus Stoy. Tribus annis postea literarum elementis imbutus gymnasium Guilelmo-Ernestinum Vimariense frequentavi, quod praesidibus Heilandio et Rassovio tum florebat et etiamnunc floret quam maxime. Post quinque annos maturitatis examine absoluto anno LXIII in almam literarum universitatem Ienensem transmigravi, ut studiis philologicis operam darem. Cum omnium praeceptorum

optime de me meritorum, Goettlingii, Nipperdeii, Cunonis Fischeri, Adolfi Schmidtii, tum viri illustrissimi Mauricii Schmidtii, cuius societati philologae sodalis adscriptus sum, memoriam retineo grato animo semperque retinebo. Quatuor semestribus transactis Lipsiam me contuli ibique docentes audivi viros illustrissimos Klotzium, Wuttke, Wenkium, Ritschelium, quibus viris, quorum in scholis magno animi fructu versatum me esse profiteor, gratias ago quam maximas. —